ARISTOTELES LATINUS

XXV 2

METAPHYSICA

TRANSLATIO ANONYMA SIVE 'MEDIA'

NUNC COGNOSCO EX PARTE

THOMAS J. BATA LIBRARY
TRENT UNIVERSITY


Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Kahle/Austin Foundation

https://archive.org/details/aristoteleslatin0025aris

UNION ACADÉMIQUE INTERNATIONALE

CORPUS PHILOSOPHORUM MEDII AEVI
ACADEMIARUM CONSOCIATARUM AUSPICIIS
ET CONSILIO EDITUM

ARISTOTELES LATINUS

EDITIONI CURANDAE PRAESIDET

G. VERBEKE

XXV 2

LEIDEN
E. J. BRILL
1976

ARISTOTELES LATINUS

XXV 2

METAPHYSICA

LIB. I-X, XII-XIV

TRANSLATIO ANONYMA SIVE 'MEDIA'

EDIDIT

GUDRUN VUILLEMIN-DIEM

LEIDEN
E. J. BRILL
1976

TABULA

PRAEFATIO VII

I. Interpretationum Metaphysicae latinarum medio aevo editarum brevis conspectus IX

II. De fortuna translationis Anonymae sive 'Mediae' .. XIV
1. Quomodo his temporibus translatio reperta sit et innotuerit XIV
2. De ambitu textus XV
3. De auctore et tempore quo translatio facta sit XIX
4. Quomodo translatio Anonyma medio aevo innotuerit et usu recepta sit XXV

III. De translatione Anonyma edenda XXXIV
1. De codicibus qui translationem Anonymam praebent XXXIV
2. De archetypo codicum XXXVIII
3. Quomodo codices inter se cohaereant XLII
A. De codicibus *LlScTaWsPxKoBgVuCn* : p. XLIII — B. De codicibus *Ny, Bþ, Nq* : p. LII — C. De codicibus *BüCdEdPj PkReSy* : p. LIII.
4. De textu translationis Anonymae restituendo LV
5. De adnotatione latina translationi Anonymae subiecta .. LXI
6. De exemplari graeco ab anonymo interprete adhibito LXII
7. De adnotatione graeco-latina LXVII

TRANSLATIO ANONYMA SIVE 'MEDIA' I

APPENDIX: Supplementa lectionum variarum 277

INDICES 299

I. Index graeco-latinus Metaphysicae 301

II. Index latino-graecus Metaphysicae 358

272538

PRAEFATIO

PRAEFATIO

I. Interpretationum Metaphysicae latinarum medio aevo editarum brevis conspectus *.

Disputationes et tractatus de prima philosophia ab Aristotele conscripti, qui gradatim in unam seriem antiquitus coacti et — fortasse Andronici aetate — per quattuordecim libros distributi, τὰ μετὰ τὰ φυσικά inscribebantur, latine non ante saeculum duodecimum videntur redditi esse. Nam quod nonnullorum codicum manu scriptorum uniusque exempli typis vulgati testimonio adfirmatur Boethium unius alicuius translationis auctorem esse, fide dignum non est, atque illa « littera Boethii », quam Thomas Aquinas in Expositione in libros XII Metaphysicorum affert, re vera non ad aliquod opus Boethii quod adhuc exstet aut deperditum sit, sed ad translationem multo recentiorem [1] pertinet. Idem dicendum est de aliis medii aevi commentatoribus, qui raro quidem « translationis Boethii » mentionem faciunt [2].

---

* Quia fieri non potest ut uno volumine edantur variae Metaphysicorum translationes, quarum quaeque modo quodam sive quoad textum sive quoad memoriam aut cum alia aut cum pluribus cohaeret, cogimur hoc loco nonnulla repetere, quae iam in praefatione *Aristotelis Latini* XXV 1-1a, *Metaphysica, Lib.* I-IV.4, *Translatio Iacobi sive 'Vetustissima' cum Scholiis et Translatio Composita sive 'Vetus'*, ed. G. Vuillemin-Diem, Bruxelles-Paris 1970, de diversis Metaphysicorum interpretationibus diximus. Ceterum ad eam praefationem revocamus lectorem, qui ibi inveniet, quae hic desiderantur.

[1] Cf. *Arist. Lat.* XXV 1-1a, *Metaphysica...*, pp. XII-XV et libros ibi citatos.

[2] In Alberti Magni scripto super libros Sententiarum (Alberti Magni, *Sent.* IV, dist. 13, art. 4; ed. Jammy, XVI, p. 191) verba quaedam ex translatione Composita sumpta, etsi non ad verbum expressa, vocabulis « in translatione Boethii » introducuntur; vide W. Kübel, *Die Übersetzungen der aristotelischen Metaphysik in den Frühwerken Alberts des Großen* (« Divus Thomas » XI, 1933), p. 265, n. 1. Etiam Roger Baco « translationis Boecij », quibus vocabulis, ut e contextu apparet, translationem Compositam vel aliquam eius formam indicavit, mentionem facit, cf. *Opera hactenus inedita* Rogeri Baconi, Fasc. V, *Secretum Secretorum*, nunc primum ed. R. Steele, Oxonii 1920, p. 128^{24-27}. In commentario quoque duorum Metaphysicae librorum posteriorum ab ignoto auctore elaborato (codex Monac. Clm. 15836, ff. 134-140^{v}), cuius fundamentum est translatio

Attamen e saeculo duodecimo et tertio decimo interpretationes variae verborum Aristotelis quinque, si de eis quae pauca ex interpretatione quadam arabo-latina supersunt [1] non cogitamus, aut integrae aut ex parte ad nostram permanserunt aetatem, quarum quattuor e graeco factae sunt, quintae vero fundamentum fuerunt verba Metaphysicae araba cum Magno Averrois commentario coniuncta.

Quod ad inscriptionem pertinet, dicenda sunt haec : iam pridem non solum nomen Metaphysicorum neutri pluralis, quod cum graeco concordat, sed etiam nomen Metaphysicae feminini singularis videtur usitatum fuisse [2] nec desunt commentaria et loci laudati, in quibus liber « prima philosophia » inscribitur [3].

Prima videtur — quod quidem pro certo adfirmare non possumus — interpretatio esse quae a Iacobo Venetico altera quarta parte saeculi duodecimi elaborata est et ab Alexandro Birkenmajer reperta Vetustissima vocata est ; cuius verba

---

Guillelmi, « translatio Boethii » memoratur ; quae vocabula hoc loco ad translationem Anonymam spectare B. Geyer opinatus est, cf. Alberti Magni, *Opera Omnia...*, T. XVI, P. I, *Metaphysica...*, ed. B. Geyer, Monasterium Westfalorum, p. IX (vide infra, p. XXXVIII adn. 1).

[1] Vide G. Lacombe..., *Aristoteles Latinus : Codices I*, Romae 1939, p. 66 (cf. infra, p. XXXIV adn. 1) ; agitur de paucis quae in codice Vat. Ottob. 2048 [A.L.[2] 1762] ex quadam translatione Metaphysicae supersunt (980a21-981b13) ; quam translationem ex arabo factam esse L. Minio-Paluello monstravit, cf. L. Minio-Paluello, *Aristotele dal mondo arabo a quello latino* (« Settimane di studio del Centro Italiano di Studi sull'Alto Medioevo », Spoleto 1965, II), pp. 621-622 (typis denuo mandatum in L. Minio-Paluello, *Opuscula. The Latin Aristotle*, Amsterdam 1972, pp. 519-520).

[2] Pristinam Iacobi translationis inscriptionem nomen Metaphysicorum numero plurali habuisse et librum primum inscriptum fuisse « Aristotilis methaphisicorum alpha maius », quae verba graecae inscriptioni respondent, veri simillimum est ; in codicibus translationis Iacobi et Compositae nomen Metaphysicae numero singulari postea in usum venisse videtur, cf. *Arist. Lat.* XXV 1-1a, *Metaphysica...*, pp. LV-LVI. Si nomen Metaphysicae inscriptionibus codicum translationis Anonymae continetur, non nisi numero singulari scriptum est, cf. infra adnot. ad **7**.1-2, **275**.4. Qui primi aetate media textus Aristotelis mentionem fecerunt vel eius verba attulerunt, numero plurali « Metaphysicorum » et numero singulari « Metaphysicae » usi sunt.

[3] Verba « in prima philosophia » in Bonaventurae Albertique Magni scriptis super libros Sententiarum plerumque locos ex translatione arabo-latina sumptos introducunt, vide M. Grabmann, *Forschungen über die lateinischen Aristoteles-Übersetzungen des XIII. Jahrhunderts* (« Beitr. z. Gesch. d. Phil. d. Mittelalters », XVII.5-6, Münster 1916), pp. 45-46, et W. Kübel, loco citato, p. 265. At certum est non omnes scriptores iis verbis hanc translationem signare, cf. W. Kübel, loco allato.

quae ad nostram manserunt aetatem libros tres priores partemque quarti continent et capite quarto libri quarti (Γ 1007a31) media in sententia desinunt [1]. Verum quia in Thomae Aquinatis Metaphysicorum expositione aliisque operibus verba quaedam ex libris qui sequuntur deprompta laudantur, quae cum nulla interpretatione nobis nota concordant, genere autem scribendi et dicendi respondent Iacobi viae rationique interpretandi, verisimile est translationem istam initio maiorem partem vel omnes libros Metaphysicae complexam esse [2]. Iacobi translatio, cuius inter alios duo codices saeculi duodecimi non contaminati exstant, iam saeculo tertio decimo plerumque in variis formis translatione Composita contaminatis vulgata erat.

Ante saeculum tertium decimum iniens — tempus enim accuratius dicere nequimus — altera translatio et ipsa e graeco confecta orta est, non minus quam tredecim Metaphysicae libros, I-X et XII-XIV, continens [3] ; quam Anonymam sive

---

[1] De translatione Iacobi cf. L. Minio-Paluello, *Iacobus Veneticus Grecus: Canonist and Translator of Aristotle* (« Traditio » 8, 1952), pp. 265-304 (typis denuo mandatum in L. M.-P., *Opuscula...*, pp. 189-228), et *Aristoteles Latinus* XXV 1-1a, *Metaphysica...* De rebus particularibus et notis bibliographicis plura invenies in G. Diem, *Les traductions gréco-latines de la Métaphysique au moyen âge. Le problème de la Metaphysica Vetus* (« Archiv f. Gesch. d. Phil. » 49, 1967), pp. 7-71.

[2] Cf. L. Minio-Paluello, *Note sull' Aristotele Latino Medievale, I : La Metaphysica Vetustissima comprendeva tutta la Metafisica?* (« Riv. di Fil. Neo-Scol. » 42, 1950), pp. 222-226 (typis denuo mandatum in : L. M.-P., *Opuscula...*, pp. 98-102). L. Minio-Paluello ut illam suam sententiam, exstare quaedam testimonia vel verba ex parte translationis Iacobi quae hodie deest deprompta, argumentis confirmaret, certis de causis duos tantum locos Expositionis Thomae Aquinatis in XII libros Metaphysicorum tractavit, hos ipsos quorum verba ambitum translationis Iacobi nobis traditae egressa, ex « translatione Boecii » allata esse dicuntur. Quod si secundum Laurentii Minio-Paluello viam rationemque inquirendi diligenter examinantur omnia verba quae a Thoma ex eis Metaphysicae partibus quae in translatione Iacobi tradita desunt, sumpta et per vocabula « alia littera » vel similibus introducta, nulli translationi nobis notae prorsus concinunt — cuius generis sunt aliquae viginti textus particulae, quarum pleraeque a Fr. Pelster memoratae sunt (Fr. Pelster, *Die Übersetzungen der aristotelischen Metaphysik in den Werken des hl. Thomas von Aquin*, « Gregorianum » 16, 1935, pp. 325-348, 531-561 ; 17, 1936, pp. 377-406) —, ea quae L. Minio-Paluello in lucem protulit, firmantur et augentur. Verba enim omnia, si unum vel duo excipias, cum Iacobi genere loquendi congruunt, quin etiam plura eidem propria sunt. Fieri potest ut commemorationes tales in aliis operibus Thomae ante Expositionem Metaphysicorum scriptis inveniantur ; cf. infra p. XXV adn. 3.

[3] Numeris Romanis, nisi aliter notabitur, ad signandos Metaphysicorum libros utimur hoc modo : I = A, II = *a*, III = B, ... XI = K, XII = *Λ*, XIII = M, XIV = N.

Mediam nuncupatam hoc volumine publici iuris facimus ; de cuius natura ac fortuna latius infra agendum est.

Tertium locum, licet dubitemus utrum vetustior an recentior sit quam translatio Scoti de qua infra dicetur, translationi Compositae sive Veteri assignamus, quae fortasse inter annos 1220-1230, certe ante annum 1237 in lucem edita est ; cuius auctor nobis ignotus translationem Iacobi usque ad caput tertium libri tertii (B 998b23) ad exemplar graecum recensuit ; post quem locum textus translationis Compositae nobis traditus translationem Iacobi haud mutatam exhibet eodemque loco (*Γ* 1007a31) desinit [1]. Denegare tamen non possumus translationem Compositam fortasse et alterius cuiusdam interpretationis hodie deperditae partes aliquas inmixtas habere. In nonnullis codicibus et a quibusdam auctoribus, sicut iam supra diximus, ista translatio falso Boethio assignatur, quod, si ad genus scribendi animadvertamus, facile demonstrari potest [2]. Restat ut dicamus eam cum Iacobi translatione commixtam in variis formis, quae saeculo iam tertio decimo nominibus Metaphysicae Veteris, translationis Veteris vel similibus vulgatae erant, memoriae traditam esse.

Eodem fere tempore, certe ante annum 1237 [3], Magnus Averrois Metaphysicae commentarius ex arabo in latinum conversus est a Michaele Scoto, ut vulgo aestimatur. Inest ei Metaphysicae textus e pluribus graeco-arabis interpretationibus ab Averroe compositus et in particulas seu lemmata, quae singulis commentarii partibus respondent, divisus, quarum series ambitusque tam in arabo quam in latino est : II(α), I.5(inde a 987a9)-10, III-X, XII.1-10 (usque ad 1075b11). Inde quaedam translatio, textus particulas sine Averrois commentariis ordine quem diximus et continuatim praebens, contexta est, quam translationem Scoti nominamus et saeculo tertio decimo sub nomine Metaphysicae Novae divulgatam esse scimus. Saepe in codicibus complebatur aut tota translatione Composita, quae ei praeponebatur, aut huius libro primo, et libris translationis Anonymae

---

[1] De translatione Composita sive Vetere cf. *Arist. Lat.* XXV 1-1a, *Metaphysica...*, et G. Diem, *Les traductions...*. Verba, quae procul dubio ex translatione Composita allata sunt, inveniuntur in Philippi cancellarii (†1236) Summa de bono, cf. G. Diem, loco citato, p. 20.

[2] Cf. *Arist. Lat.* XXV 1-1a, *Metaphysica...*, p. XII-XIV.

[3] Terminum « ante quem » Philippi cancellarii Summa de bono hic quoque praebet, cf. G. Diem, *Les traductions...*, p. 22.

tertio decimo et quarto decimo adiunctis ; nonnumquam et liber duodecimus (inde a 1075b11) completus est. In codicibus qui hanc interpretationem praebent, libri non uno modo numerantur nec distribuuntur [1].

Quinto denique loco et ultimo, si medium aevum respiciamus, memoranda est recensio et translatio Guillelmi de Moerbeke, quae aut sola integra facta aut sola integra nobis tradita est et saeculo tertio decimo exeunte recentioribusque aetatibus Metaphysica de nova translatione vel Metaphysica novae translationis nuncupata est [2]. Guillemus translationem Anonymam ad textum graecum recensuit, emendavit, in libris prioribus translationem Iacobi et Compositam quoque, ut videtur, adhibens, libro undecimo auxit. Pluribus de causis, si nempe cum animo recordamur hanc translationem Alberto Magno, cum commentarium Metaphysicae elaboraret atque etiam postea, ignotam fuisse, et qua ratione Thomas Aquinas in variis operibus atque in Metaphysicorum expositione componenda ea usus sit, tuto adfirmare possumus hoc opus a Guillelmo non multo ante annum 1265 inceptum, profecto ante annum 1272 completum esse [3].

---

[1] Vide *Arist. Lat., Codices I...*, pp. 64-65, 110, librosque ibi allatos; cf. praeter ceteros M. Bouyges, *Annotations à l'Aristoteles Latinus relativement au Grand Commentaire d'Averroès sur la Métaphysique* (« Revue du Moyen Age latin » 5, 1949), pp. 211-232, et M. Bouyges, *Averroès, Tafsîr mâ ba'd at-Tabî'at, Notice* (« Bibliotheca Arabica Scholasticorum », Série Arabe, Tome V.1), Beyrouth 1952, imprimis pp. LXVI-LXXIX, CIII-CIV, CXV-CLXXX. — Cui translatio attribuenda sit et quo tempore confecta et quid viri docti de his quaestionibus opinati sint, vide quoque apud R. de Vaux, *La première entrée d'Averroès chez les Latins* (« Revue d. Sciences philos. et théol. » 22, 1933), pp. 220, 234, et Ch. H. Haskins, *Studies in the History of Mediaeval Science*, 2ª ed. Cambridge 1927, p. 279. — De ratione qua libri in memoria codicum manu scriptorum numerantur et distribuuntur, vide etiam A. Mansion, *Les prémices de l'Aristoteles Latinus* (« Revue philos. de Louvain » 44, 1946), pp. 117-119, M. Bouyges, *Annotations...*, pp. 217-223, et M. Bouyges, *Avveroès...*, pp. LXXIII-LXXV.

[2] Interpretationes vario et confuso modo cum media aetate tum temporibus recentioribus appellatae sunt. Adiectivum « novae » iam tertio decimo saeculo translationi Scoti, Anonymae, recensioni Guillelmi appositum est; Guillelmi translatio postquam illa Bessarionis innotuit, « vetus » nominata est, sicut antea translatio Composita eiusque formae Iacobi translationc mixtae. Itaque his nominibus, quamvis usitata sint, non utimur, sed alia adhibemus, quo errores vitentur.

[3] De translatione et recensione Guillelmi cf. Fr. Pelster, *Die griechisch-lateinischen Metaphysik-Übersetzungen des Mittelalters* (« Beitr. z. Gesch. d. Phil. d. Mittelalters », Suppl. 2, Münster 1923), pp. 106-113; plures libros commentationesque invenias in G. Diem, *Les traductions...*, pp. 20-22.

II. De fortuna translationis Anonymae sive 'Mediae'.

1. *Quomodo his temporibus translatio reperta sit et innotuerit.*

Saeculo undevicesimo ineunte, cum perscrutandarum Aristotelis translationum latinarum studium incohavit illud praeclarum opus Amabilis Jourdain [1], quod inscribitur *Recherches critiques sur l'âge et l'origine des traductions latines d'Aristote*, atque centum fere annis post, cum Martinus Grabmann [2] sua de illis studia publici iuris fecit, tres Metaphysicorum translationes latinae notae erant, quarum una erat exemplum quoddam translationis Compositae, a Jourdain parum distincte descriptum, quod Metaphysica Vetus nominabatur, altera translatio arabo-latina, tertia translatio quaedam graeco-latina quattuordecim libros continens, quam Guillelmo de Moerbeka tribuendam esse Grabmann iam suspicatus est et postea recensionem et translationem Guillelmi viri docti nuncupaverunt.

Bernhardus Geyer et Franciscus Pelster [3] cum Thomae Aquinatis Albertique Magni expositiones Metaphysicorum diligenter perquirerent, utrumque alias praeter laudatas translationes scisse et ad usum contulisse perspexerunt. Fr. Pelster [4] praecipue intellexit fuisse quandam translationem e graeco factam, a translationibus tunc notis diversam et, omisso libro undecimo (K), tredecim Metaphysicae libros amplectentem, quae Alberti expositionis fundamentum fuisset. Pelster quod coniectura consecutus est, paulo post comprobare potuit [5] ; repperit enim agnovitque primus nonnullos istius interpretationis codices in Bibliotheca Vaticana asservatos ; alii viginti circiter codices inter saeculum tertium decimum medium et quartum decimum iniens exarati,

---

[1] A. Jourdain, *Recherches critiques sur l'âge et l'origine des traductions latines d'Aristote et sur des commentaires grecs ou arabes employés par les docteurs scolastiques*, 1. éd. Paris 1819, 2. éd. revue et augmentée par Ch. Jourdain, Paris 1843 (typis denuo mandatum: New York 1960).

[2] M. Grabmann, *Forschungen...* (vide supra p. X adn. 3).

[3] B. Geyer, *Die Übersetzungen der Aristotelischen Metaphysik bei Albertus Magnus und Thomas von Aquin* (« Phil. Jahrbuch » 30, 1917), pp. 392-415, imprimis p. 412 ; Fr. Pelster, in « Theol. Revue » 16 (1917), pp. 260-263.

[4] Fr. Pelster, *Kritische Studien zum Leben und zu den Schriften Alberts des Großen*, Freiburg 1920, p. 150, adn. 1.

[5] Fr. Pelster, *Die griechisch-lateinischen Metaphysik-Übersetzungen...*, pp. 101-106, 113-118.

postea reperti sunt, quorum decem textum integrum aut quasi integrum, reliqui vero partes tantum habent [1].

Hanc translationem Fr. Pelster, cum inter Veterem quae dicitur et recensionem Guillemi eam ortam esse putaret, nomine translationis Mediae donavit ; quod nomen ab eis qui Aristotelem Latinum [2] ediderunt aliisque viris doctis acceptum, nobis quidem displicet, quia Pelster, ut infra patebit, de tempore quo orta sit erravit. Quam ob rem translationis Anonymae nomine eam nuncupamus [3].

2. *De ambitu textus.*

Translationem Anonymam libros tredecim, I-X et XII-XIV, continere iam supra diximus ; nunc tamen hoc ipsum magis accurate disseramus et modo quodam circumscribamus oportet.

De initio libri primi.

Translatio Anonyma non ita integra nec una memoriae tradita est ut primo videbatur. Cum exquireremus viam rationemque interpretandi cum translationis Compositae tum Anonymae propriam, percepimus haec, de quibus alias latius egimus [4] : initium textus (a 980a21 usque ad 982a23) quod in codicibus translationis Anonymae traditum est, idem est atque initium translationis Compositae [5] et primo non in translatione Anonyma

---

[1] Vide infra pp. XXXIV-XXXVII.

[2] *Arist. Lat., Codices I...*, pp. 62-65.

[3] Hoc nomen iam a Laurentio Minio-Paluello commendatum est, cf. G. Lacombe..., L. Minio-Paluello, *Aristoteles Latinus, Codices, Pars Posterior*, Cantabrigiae 1955 (cf. infra p. XXXIV adn. 1), p. 785.

[4] G. Diem, *Les traductions...*, pp. 15-16, 52-55, et *Arist. Lat.* XXV 1-1a, *Metaphysica...*, pp. XVII-XXIII.

[5] Fr. Pelster, cum translationem quam vocavit « Mediam » repperisset et dignovisset, eam Metaphysicam Veterem recensitam putavit esse, sed quibus de causis ad hanc opinionem adductus esset, non declaravit : Fr. Pelster, *Die griechisch-lateinischen Metaphysik-Übersetzungen...*, pp. 103-104. Metaphysica Vetus tunc a Vetustissima (translatione Iacobi) nondum internoscebatur. — A. Birkenmajer, postquam Vetustissimam a Vetere distinxit, denuo asseveravit rationes quasdam intercedere inter Veterem et Mediam, sed quales eae essent, parum clare percepit ; eas tamen ita interpretatus est ut Veterem, quae miro modo commixta esse videretur, ex contaminatis Vetustissima et Media ortam esse et ideo ex Media pendere diceret (A. Birkenmajer, apud B. Geyer, in F. Ueberweg, *Grundriss der Geschichte der Philosophie, Zweiter Teil, Die patristische und scholastische Philosophie*, hg. v. Dr. *Bernhard Geyer*, 11. Aufl. 1927,

sed in Composita erat ; unde apparet initium translationis Anonymae non exstare sed in archetypo totius memoriae initio translationis Compositae suppletum esse. Archetypum ergo post completam translationem Compositam factum est. In eis quae sequuntur post 982a23 nulla inter utrumque textum intercedit ratio. Principio et in translatione Anonyma initium textus fuisse, deinde folia quae illud habebant deperdita esse pro certo habemus. Fieri quidem potest ut exemplar graecum quo interpres usus sit, mancum fuerit, sed interpretationem a media sententia initium sumpsisse haud verisimile est.

De libro undecimo (K).

Deinde quaerendum est utrum liber undecimus (K) initio in translatione Anonyma fuerit necne. Verum quia liber K in dubiis partibus Metaphysicae ponendus est, nonnullorum quae constant mentionem faciamus, licet ad quaestionem solvendam non perducant.

[1] Nulli codicum graecorum qui hodie aliqui quinquaginta exstant liber K solus deest.

[2] Deest liber K — sicut et libri M, N et pars prior libri A — Commentario Magno Averrois, qualis quidem ad nostram pervenit aetatem, hoc est desideratur K cum in memoria commentarii araba tum in translatione Scoti et translationibus ex arabo in hebraeum factis. M. Bouyges, qui textum commentarii Magni arabum edidit, commentarium principio fortasse et ad libros

---

p. 346) ; quam ad sententiam plerique viri docti accesserunt, ut Ae. Franceschini, *Aristotele nel Medioevo Latino* (« Atti del IX. Congresso Nazionale di Filosofia », Padova 1935), p. 197, reliqui qui Aristoteli Latino studuerunt, *Arist. Lat., Codices I...*, p. 63, M. Grabmann, *Guglielmo di Moerbeke O.P., il traduttore delle opere di Aristotele,* Roma 1946, p. 97, L. Minio-Paluello, *Note...* I, p. 222 (= L.M.-P. *Opuscula...*, p. 98). — De hac opinione Fr. Pelster dubitavit, qui Mediam post Veterem esse ortam et ex Vetustissima Vetereque pendere existimavit, cf. Fr. Pelster, in « Theol. Revue » 28 (1929), p. 304 et Fr. Pelster, *Neuere Forschungen über die Aristotelesübersetzungen des 12. und 13. Jahrhunderts. Eine kritische Übersicht* (« Gregorianum » 30, 1949), pp. 46-77, vide p. 52. — Denique B. Geyer quid intercederet inter Veterem et Mediam clarius percepit, cum cognovisset initia tantum congruere, sed quod ad huius convenientiae causam attinet, secutus est illam opinionem communem, Veterem ex Media pendere: « differt autem Vetus a Vetustissima maxime eo quod in principio Mediam sequitur »; cf. Alberti Magni, *Opera Omnia...*, T. XVI, P. I, *Metaphysica...*, p. XI (vide infra, p. XXXVIII adn. 1).

M N pertinuisse non prorsus negavit, at pro certo habebat, sicut et alii qui in eandem quaestionem animum intenderunt, librum K in commentario Magno numquam fuisse [1].

Sed qua de causa omissus fuerit ad certum comperire non possumus ; non sane pro certo affirmandum est, quod ad tempus fieri solebat, memoriae Metaphysicae arabae quam Averroes cognovit et commentariis illustravit, librum K defuisse.

Quae de his dixit Averroes in praefatione libri duodecimi in translatione Scoti desunt [2], sed servata sunt in translatione quam Iacobus Mantinus prima dimidia saeculi sexti decimi ex hebraeo confecit : « ... Non invenimus secundum ordinem litterarum librum litterae K neque ipsum vidimus » [3]. Haec verba sunt intellectu difficiliora quam opineris. Nonnulli viri docti, quorum fuit Valentinus Rose, librum K arabis interpretationibus Averroi notis defuisse putaverunt [4] ; sed eos errasse ex eo liquet, quod Averroes in commentario Medio, quod ante commentarium Magnum compositum est, libros K, M, N explanavit [5]. Librum K, commentario Magno iam composito, Averroi innotuisse, ut Steinschneider arbitratus est [6], pluribus de causis incertum est, praesertim cum Averroes in praefatione cuius mentionem fecimus, argumentum libri K alia littera signati diligenter narraverit. Unde Freudenthal [7] non dubitat quin quaestio tota exstiterit ex dissimilibus arabis et graecis litteris quibus libri signantur, ita ut ea quae in translatione Iacobi Mantini

---

[1] M. Bouyges, Averroès..., p. CLI. De libro K, qui deest translationibus ex arabo in hebraeum conversis, vide pp. LXXXIV-XCIII.

[2] loco citato, p. LXXVII.

[3] *Aristotelis Opera cum Averrois Commentariis*, Vol. VIII, *Aristotelis Metaphysicorum Libri XIV cum Averrois Cordubensis in eosdem Commentariis...*, Venetiis apud Iunctas 1562 (typis denuo mandatum : Frankfurt 1962), fol. 290M. Vide etiam M. Steinschneider, *Die hebräischen Übersetzungen des Mittelalters und die Juden als Dolmetscher*, Berlin 1893 (typis denuo mandatum : Graz 1956), p. 165.

[4] V. Rose, *De Aristotelis librorum ordine et auctoritate commentatio*, Berolini 1854, p. 144. Idem dixerat F. Ravaisson, *Essai sur la Métaphysique d'Aristote*, Paris 1837 (typis denuo mandatum : Hildesheim 1963), p. 81. Cum his coniungi potest, quod in notis marginalibus uno qui exstat Commentarii magni codice arabo et codice translationis hebraeae asservatis scriptum est Averroi librum K ignotum fuisse. Quas notas non tam fide dignas esse quam adhuc credebatur, opinatus est M. Bouyges, *Averroès...*, pp. LV-LVI, LXII, XCI, CLI.

[5] S. Munk, *Mélanges de philosophie juive et arabe*, Paris 1859, p. 435.

[6] M. Steinschneider, *Die Metaphysik des Aristoteles in jüdischen Bearbeitungen*, Berlin 1884, p. 15 ; cf. etiam M. Steinschneider, *Die hebräischen Übersetzungen...*, p. 166.

[7] J. Freudenthal, *Die durch Averroes erhaltenen Fragmente Alexanders zur Metaphysik des Aristoteles*, Berlin 1885, pp. 128-130. Vide etiam M. Bouyges, *Averroès...* pp. CLIII-CLIV.

de libro « litterae K » dicta sunt, ad librum araba littera Kâf signatum spectarent, cum liber undecimus araba littera Jê signatus Averroi, dum commentarium Magnum componeret, notus quidem, sed propter crebras quae ei insunt iterationes praetermissus fuisset. At ne ista quidem sententia dubiis vacat [1]. Quo demum modo se habuerit res, nescimus neque ex testimoniis adhuc notis diiudicari potest utrum liber K, qui commentario Averrois Magno translationibusque deest, in Metaphysicorum memoria araba defuerit necne [2].

[3] Antiquis iam temporibus fuerunt qui putarent librum K, cuius parte priore doctrinae ex antepositis libris sumptae, posteriore vero loci ex Physica exscripti continentur, in pristino Metaphysicorum contextu non fuisse ; quam opinionem Asclepius his verbis exsecutus est :

« *ἀμέλει τοι καὶ τὸ K στοιχεῖον, ὅλον ἐκ τῶν ἄλλων αὐτοῦ ἐστιν ἀκροάσεων* » (305.21-22).

Et quod idem Asclepius de origine Metaphysicorum profert dicens Eudemo mortuo nonnullas partes ex aliis Aristotelis operibus depromptas libris collectis additas esse, ad librum K vel ad eius partem spectare videtur :

« ... *τὰ δὲ ἐξ ἄλλων πραγματειῶν ὁλόκληρα μετενήνεχθαι* ·... *οἱ μεταγενέστεροι ... μετήγαγον ἐκ τῶν ἄλλων αὐτοῦ πραγματειῶν τὰ λείποντα.* » (4.4-16).

[4] Illa opinio, librum K alienum esse a serie librorum Metaphysicae, via nobis ignota pervenit in expositionem quandam Metaphysicorum, quam saeculo tertio decimo exeunte compositam et Ferrando de Hispania tribuendam esse suspicantur [3] ; cuius auctor Guillelmi praecipue translatione usus et commentarium Averrois subsecutus — cuius tamen praefationem libri duodecimi nullo modo scire potuit —, librum duodecimum explanare orsus haec scripsit :

---

[1] M. Steinschneider, *Die hebräischen Übersetzungen* .., p. 166.

[2] Testimonio Averrois aliorumque confirmatur fuisse saeculis nono et decimo complures Metaphysicorum translationes e graeco in sermonem arabum factas ; quarum adhuc nulla reperta est. Solus adhuc innotuit Metaphysicorum textus arabus qui e pluribus translationibus compositus commentario Averrois additus est.

[3] A. Zimmermann, *Ein Averroist des späten 13. Jahrhunderts : Ferrandus de Hispania* (« Arch. f. Gesch. d. Phil. » 50, 1968), pp. 145-164. Commentarii editio a Alberto Zimmermann et Rudolpho Hoffmann Coloniae in instituto Thomae Aquinatis praeparatur.

« Est autem intelligendum quod inter decimum tractatum et istum interseritur in ista nova translatione [scilicet translatione Guillelmi] unus tractatus qui undecimus computatur, in quo secundum intentionem quorumdam [1] recolliguntur sub compendio ea, quae iam declarata sunt tam in hoc libro quam etiam in libro Physicorum, praecedentia considerationem substantiae, et hoc ad pleniorem evidentiam substantiarum separatarum. Sed in re vera non existimo aliquem exercitatum in verbis Aristotelis debere opinari tractatum illum esse de serie tractatuum huius libri nec etiam de stylo Aristotelis... Praeterea signum etiam quod ille tractatus non est de serie huius libri est, quod Arabes qui multas habuerunt translationes librorum et maxime istius libri Metaphysicae, et omnes expositiones Graecorum commentatorum Aristotelis, scilicet Alexandri, Theophrasti et plurium aliorum, de isto tractatu nullam penitus faciunt mentionem [2]... Et ideo quia mihi non videtur esse de serie huius libri nec de stylo Philosophi, eius expositionem omitto... » (cod. Cantabrig. Dom. Petri 56, III, f. 60r).

Ad hodiernum igitur diem dubium est, utrum graeco exemplari translationis Anonymae liber K defuerit, an qui convertit sua vel aliorum sententia fretus hunc librum reiciendum duxerit atque sciens omiserit, an liber K primo in translatione Anonyma fuerit, deinde, facta quadam eius comparatione cum translatione Scoti, quae alicuius momenti ad archetypum totius memoriae fuisse reperitur, in eodem omissus sit. Vix tamen credi potest causam libri K omissi eiusdem generis fuisse atque eam, ex qua initium libri primi omissum explanavimus.

3. *De auctore et tempore quo translatio facta sit.*

Testimonia externa, ut ita dicam, quae nobis indicent quis Metaphysicorum libros converterit, obscura, dubia, non amplius tria sunt :

[1] Codex Neo-Eboracensis, Bibl. Pierp. Morg. M 809 [A.L.^{1,8}7], translationem Anonymam continens et saeculo quarto decimo ineunte exaratus, altera manu hoc modo inscriptus est : « Incipit liber methaphysice aristotelis nove secundum translationem

[1] Cf. S. Thomae Aquinatis, *In duodecim libros Metaphysicorum Aristotelis Expositio*, editio iam a M.-R. Cathala, O.P., exarata retractatur cura et studio P. Fr. Raymundi M. Spiazzi, O.P., Marietti Taurini-Romae 1950, XII.1.2416.

[2] Auctori et commentarius Averrois Medius, in quo liber XI explanatur, et Averrois libri XII praefatio commentarii Magni ignota fuerunt, quia tunc nondum latine reddita erant.

cononiensis ». Qui Aristotelem Latinum, Codices I, ediderunt aliique viri docti eos secuti ultimum inscriptionis verbum ut « canoniensis » interpretati sunt, perperam profecto, cum in codice, quem ipsi inspeximus, plane « cononiensis » scriptum sit ; quod probe iam rettulerat S. de Ricci, qui verbum « cononiensis » librarii mendo ex « bononiensis » ortum esse opinatus est [1]. An « coloniensis » intellegendum est, quod verbum non eum qui convertit, sed eum qui translatione usus est, Albertum scilicet, significet [2] ? Laurentius vero Minio-Paluello [3] illud « cononiensis » mendose ex « cremonensis » transcriptum esse eis de causis quas continuo cognoscemus, veri similius esse duxit.

[2] Nicolaus Trivet [4] in Quodlibetis (11,a.5) saeculo quarto decimo ineunte compositis, Metaphysicorum translationum sibi notarum diversitatem commemorans, a « translatione commentatoris », arabo-latina videlicet, tres interpretationes graeco-latinas, « Boecii, Cremonensis et fratris Willelmi de Morbecka », distinguit ; quarum translatio « Boecii » est quae dicitur Vetus, id est translationis Compositae exemplum, illa vero « Cremonensis », quippe quae translatio arabo-latina esse nequeat, procul dubio Anonyma est, praesertim cum Nicolaus alio loco (11,q.11) translationem quam « Dominus Albertus exposuit », id est Anonymam, discernat a « littera nostra », quae est translatio Guillelmi in qua inerat liber undecimus.

[3] In indice librorum qui Biblionomia inscribitur et saeculo tertio decimo medio a Ricardo de Fournival [5] compositus est, quidam « Aristotelis liber metaphysice secundum translationem Gerardi Cremonensis » (n.72) commemoratur. Quoniam autem Ricardus de Fournival hanc translationem a « Vetere » et « Nova »

---

[1] *Arist. Lat., Codices I...*, p. 63.

[2] Vide infra sub [2].

[3] L. Minio-Paluello, *Note sull'Aristotele Latino Medievale, II : Caratteristiche del traduttore della Physica Vaticana e della Metaphysica Media [Gerardo di Cremona ?]* (« Riv. di Fil. Neo-Scol. » 42, 1950), pp. 226-231 (= L. M.-P., *Opuscula...*, pp. 102-107), vide p. 227 (= p. 103).

[4] Fr. Ehrle, *Nikolaus Trivet, sein Leben, seine Quolibet und Quaestiones ordinariae* (« Beitr. z. Gesch. d. Phil. d. Mittelalters », Suppl. 2, Münster 1923), pp. 50-51 ; vide etiam M. Grabmann, *Guglielmo di Moerbeke...*, pp. 100-101 et Fr. Pelster, *Neuere Forschungen...*, p. 53, n. 8 (cf. supra p. XV adn. 5).

[5] Biblionomia Ricardi di Fournival edita est in : L. Delisle, *Le cabinet des manuscrits de la Bibliothèque Nationale, II*, Paris 1874, pp. 518-535 ; vide etiam Fr. Ehrle, *Nikolaus Trivet...*, p. 51.

distinxit (« Arystotelis liber metaphisice secundum translationem veterem et novam » n.71) et eo tempore nomine Veteris ad translationem Compositam, nomine vero Novae vulgo ad translationem arabo-latinam notandam utebantur — nam de Guillelmi recensione mentio fieri nondum poterat —, verisimile est verba « translatio Gerardi Cremonensis » translationem Anonymam significare.

Translationem igitur Anonymam inter saeculum tertium decimum medium et quartum decimum iniens semel saltem « Cremonensi » cuidam assignatam esse constat, semel et Gerardo Cremonensi adscriptam esse verisimile est.

Cum autem non alius nobis Aristotelis operum interpres Cremonensis notus sit nisi ipse Gerardus, exstitit quaestio confeceritne Gerardus translationem Anonymam. Quamquam huic sententiae minime congruere videtur quod nobis aliunde innotuit, et primum quidem quod in indice operum Gerardi Cremonensis translatio Metaphysicae non memoratur, deinde quod non aliae nisi ex arabo ab eo confectae translationes ad nos pervenerunt, librorum vero e graeco in latinum conversorum ne mentio quidem fit, tamen et huius translationis Gerardum fortasse auctorem fuisse Franciscus Ehrle [1] opinatus est ; quem secutus est Laurentius Minio-Paluello [2], praesertim cum ostendisset, ut infra patebit, translationem Anonymam hoc ipso tempore, quo Gerardus conficeret suas, ortam esse.

De qua opinione dubitamus annon vera sit, quia, quamvis difficile sit translationem Anonymam conferre cum libris a Gerardo ex arabo latine conversis, tamen comparatione parum subtili iam illico patefit quantum inter utriusque interpretis consuetudinem loquendi intersit ; cuius rei nonnulla afferimus exempla, translationem Anonymam cum Analyticis Posterioribus a Gerardo latine redditis [3] conferentes, lectoremque benevolum monemus, ut quae statuimus cum indicibus utrique textui adiectis conferat.

---

[1] Fr. Ehrle, *Nikolaus Trivet...*, p. 51.

[2] L. Minio-Paluello, *Note... II...*, pp. 226-231 (= L. M.-P., *Opuscula...*, pp. 102-107), vide etiam p. 231 (= 107), adn. 4.

[3] *Aristoteles Latinus* IV 1-4, *Analytica Posteriora, Translationes Iacobi, Anonymi sive 'Ioannis', Gerardi et Recensio Guillelmi de Moerbeka*, ediderunt L. Minio-Paluello et B. G. Dod, Bruges-Paris 1968.

a. Ratio quae intercedit inter « vero » et « autem » est 3 : 2 in translatione Anonyma, 1 : 3 in Analyticis Posterioribus.

b. Ratio quae est inter « enim » et « nam » est 5 : 2 in translatione Anonyma, 1 : 1 in Analyticis Posterioribus.

c. Nomen « palam » translationi Anonymae proprium (pro δῆλον, φανερόν) non est in Analyticis Posterioribus.

d. « quodsi », translationi Anonymae proprium et usitatum (pro εἰ δέ sive εἰ δή), in Analyticis Posterioribus non est.

e. « verumtamen », tricies quinquies circiter in Analyticis Posterioribus adhibitum, in translatione Anonyma non invenitur.

f. Coniunctio graeca ὅτι post verba dicendi vel sentiendi in translatione Anonyma plerumque redditur coniunctione « quia », in Analyticis Posterioribus coniunctione « quod ».

g. In translatione Anonyma semper fere « nec », raro « neque » dictum est, in Analyticis Posterioribus semper fere « neque ».

Testimoniis ergo externis parum profecimus, sed maior erit intellectus in quibusdam notis et signis internis, ut ita dicam, de quibus nunc agendum est. L. Minio-Paluello [1] viam rationemque sedulo exquirens qua singuli interpretes nomina graeca quae saepe occurrunt — particulas dico et coniunctiones, adverbia aliaque similia —, latine reddiderint, demonstravit et translationem Anonymam et Physicam quae dicitur Vaticana [2], cuius liber primus tantum et pars secundi uno codice asservatur, ab uno eodemque interprete confectam esse. Subtiliter in totum qui exstat Physicae Vaticanae textum atque in libros translationis Anonymae X (a 1055a20), XII, XIII (usque ad 1080b31) inquisivit indicesque composuit, quibus aliquae triginta frequentes in lingua graeca particulae (δέ, γάρ, μέν, ὅτι, ...) et quae in latina eis respondent enumerantur ; e quibus satis perspicue apparet in utraque translatione eisdem graecis easdem latinas redditas esse et, quod plus est, eandem fere intercedere rationem inter varia latina vocabula quae uni particulae graecae respondent. Ea inter utramque translationem constantia ad persuadendum etiam accomodatior est, si quis universum illum indicem cum latinis vocabulis quibus alii easdem particulas interpretati sunt, comparare velit. Accedit quod in utraque translatione

[1] L. Minio-Paluello, *Note... II...*, pp. 228-231 (= L. M.-P., *Opuscula ..*, pp. 104-107).

[2] *Aristoteles Latinus* VII 2, *Physica. Translatio Vaticana*, ed. A. Mansion, Bruges-Paris 1957.

verba nominaque « significativa » eodem modo reddita sunt et imprimis quod complures eiusdem generis compositiones verborum et sententiarum conformationes peculiares atque inusitatae occurrunt, immo vero etiam eadem interpretationis vitia inveniuntur. Quod L. Minio-Paluello in lucem protulit, et verborum indice quem in translationem Anonymam confecimus et huic volumini adiecimus, et nostris studiis [1] prorsus confirmatum est. Verum quia res alibi collectas et accurate demonstratas retractare inutile est, exempli causa tantum et ut ea quae diximus aliquo modo illustremus, pauca hic verba proferre liceat, quae modo non usitato conversa, in utraque translatione haud semel aut saepe, in aliis vero raro aut numquam occurrunt :

βέλτιον = dignius ; διαφέρει = refert ; εἰ δέ, καὶ εἰ = quodsi ; ἥκιστα = non ; λανθάνω = obliviscor ; μέγεθος = mensura ; οὐκέτι, μηκέτι = non ; τοιοῦτος = similis ; τυγχάνω = sortior ; φανερόν = palam ; χεῖρον = indignius.

Digna quae notentur in utroque textu sunt eiusdem generis interpretationis vitia, verba quaedam inter se non accurate distincta, formae coniugationum falso iudicatae vis genetivi graeci saepe male intellecta [2].

L. Minio-Paluello, dum translationem Anonymam et Physicam Vaticanam ab eodem viro confectam esse monstrat, etiam cognovit quo tempore translatio Anonyma orta sit. Unum quod ad nostram pervenit aetatem Physicae Vaticanae exemplar codice Vatic. Reg. lat. 1855 [A.L.²1800] asservatur, qui a pluribus viris artis scribendi antiquae peritis diligenter inspectus est ; cuius partem quae continet Physicam Vaticanam post medium saeculum duodecimum aut prioribus annis saeculi tertii decimi scriptam esse e variis de ea iudiciis constat [3]. Sed falsa est, sicut

[1] G. Vuillemin-Diem, *Die Metaphysica Media. Übersetzungsmethode und Textverständnis* (« Arch. d'Hist. Doctr. et Litt. d. Moyen Age » 42, Année 1975, Paris 1976), pp. 7-69 ; vide etiam A. Mansion, *La Translatio Vaticana de la Physique d'Aristote* (« Miscellanea Giovanni Mercati » IV, Città del Vaticano 1946), pp. 27-47.

[2] Vide G. Vuillemin-Diem, *Die Metaphysica Media* .., pp. 15-18, et A. Mansion, *La Translatio Vaticana*..., pp. 39-40, 46.

[3] Codex a Carolo H. Haskins primum duodecimo saeculo, tum prioribus saeculi tertii decimi annis assignatus est, cf. Ch. H. Haskins, *Further Notes on Sicilian Translations of the Twelfth Century* (« Harvard Studies in Classical Philology » 23, 1912), p. 164, et Ch. H. Haskins, *Studies in the History of Mediaeval Science*, 2d ed., Cambridge Mass., 1927, p. 224, n. 4 ; — Lowe de hac re interrogatus primam Caroli H. Haskins opinionem secutus est et codicem

nos monstrasse putamus [1], illa primo a Georgio Lacombe [2] prolata, deinde ab Augustino Mansion [3] uberius tractata et pro vero ducta opinio Physicam Vaticanam fundamentum fuisse Physicae Veteris ab Iacobo Venetico altera quarta saeculi duodecimi conversae [4], et ideo ea vetustiorem esse. Verumtamen quaedam indicio esse possunt vetustissimum Physicae Veteris exemplum, codicem dico Abric. 221 exeunte saeculo duodecimo exaratum, textu Physicae Vaticanae contaminatum esse. Ergo adfirmare licet Physicam Vaticanam utique ineunte saeculo tertio decimo, quin etiam ante finem saeculi duodecimi confectam esse. Quare et translatio Anonyma eodem fere tempore orta esse existimanda est. Multo vetustior ergo est quam primo putabatur [5].

---

medio saeculo duodecimo exaratum esse dixit; cuius sententiae accesserunt qui Aristoteli Latino edendo studuerunt, imprimis G. Lacombe, cf. *Arist. Lat., Codices I...*, p. 51, adn. 1, et *Arist. Lat., Codices II...*, p. 1200; — Fr. Pelster, quaestionem retractans, nihil esse existimavit, cur de altera Caroli H. Haskins opinione, codicem ineunte tertio decimo saeculo scriptum esse, dubitaretur, cf. Fr. Pelster, *Neuere Forschungen...*, p. 66; — L. Minio-Paluello Georgio Lacombe assensus est et codicis partem quae Physicam Vaticanam continet, altero saeculi duodecimi dimidio elaboratam esse affirmavit, cf. L. Minio-Paluello, *Note... II...*, p. 226 (= L.M.-P., *Opuscula...*, p. 102). — De his cf. *Arist. Lat.* VII 2, *Physica...*, p. IX-X.

[1] G. Vuillemin-Diem, *Jakob von Venedig und der Übersetzer der Physica Vaticana und Metaphysica Media* (« Arch. d'Hist. Doctr. et Litt. d. Moyen Age » 41, année 1974, Paris 1975), pp. 7-25.

[2] *Arist. Lat., Codices I...*, p. 51.

[3] A. Mansion, *Over de verhouding van de Vetus Translatio van Aristoteles' Physica tot de Translatio Vaticana* (« Miscellanea historica in hon. Alberti De Meyer » I, Louvain Bruxelles 1946), pp. 472-484, et A. Mansion, *La translatio vaticana...*, p. 37; vide etiam *Arist. Lat.* VII 2, *Physica...*, pp. VIII-IX.

[4] De Iacobo Venetico interprete et de eius aetate, cf. L. Minio-Paluello, *Iacobus Veneticus Grecus...*, pp. 266 sqq. (= L.M.-P., *Opuscula...*, pp. 109 sqq.).

[5] Usque ad id tempus de aetate, qua translatio Anonyma confecta esset, his de causis haec viri docti opinabantur: [1] Fr. Pelster translationem paulo post saeculum tertium decimum medium ortam esse pro veri simili habuit; ex hoc enim tempore prima translationis testimonia nobis nota sunt; maioris momenti est quod Thomas Aquinas, cum Summam contra Gentiles conscriberet, translatione Anonyma usus est (annis 1260-1264); in prioribus Thomae operibus translatio Vetus vel translatio arabo-latina in usu fuisse videtur, cf. Fr. Pelster, *Die griechisch-lateinischen Metaphysik-Übersetzungen...*, pp. 105-106. — [2] Alexandro Birkenmajer et Aristotelis Latini editoribus verisimilius esse visum est translationem « Mediam » ante annum 1230 factam esse quia translationem Veterem ex contaminatis Vetustissima et Media ortam esse opinati sunt (vide supra p. XV adn. 5); vetustior ergo eis videbatur translatio Media quam Vetus, cuius terminum ante quem, ut ita dicam, putaverunt esse annum 1230, cf. A. Birkenmajer apud B. Geyer, in F. Ueberweg, *Grundriß...*, p. 346, et *Arist.*

4. *Quomodo translatio Anonyma medio aevo innotuerit et usu recepta sit.*

Fr. Pelster translationem Anonymam circa medium saeculum tertium decimum confectam esse hac de causa opinatus est, quod tunc primum commemorata et plane post translationem Compositam et translationem Scoti in vulgus elata esse videtur. In prioribus enim Alberti Magni operibus [1], Summa de creaturis, Summa de virtutibus, Commentario Sententiarum et Commentariis super Dionysium, in Bonaventurae Sententiarum commentario atque etiam in posterioribus eius operibus [2], in Thomae Aquinatis Scripto super Sententias [3], in Speculo doctrinali

---

Lat., Codices I..., p. 62. — [3] A. Birkenmajer editoresque Aristotelis Latini credebant fieri posse ut translatio paulo ante annum 1210 facta esset, cum illa Guillelmi Britonis nota, quae ad res anno 1210 gestas spectat, ad translationem Mediam fortasse alluderet, cf. *Arist. Lat., Codices I...*, pp. 62-63. — [4] A. Dondaine hominum doctorum animos advertit ad translationis Mediae locum, qui non textui graeco sed Averrois commentario latine reddito ad verbum inest (vide infra pp. XXX-XXXI); quem locum in translatione Media receptum valere credebat ad demonstrandum translationem Mediam quam vocabant factam esse post translationem arabo-latinam; cf. A. Dondaine, *Saint Thomas et les traductions latines de la Métaphysique d'Aristote* (« Bulletin Thomiste » III = X, 1933), p. 204*, n. 1. — [5] Fr. Pelster denique pristinam suam opinionem resumpsit et quod A. Dondaine animadverterat, argumentum esse putavit, quo translationem arabo-latinam Media priorem esse demonstretur, et conclusit: « Media ergo post Arabicam, id est post annum 1230 fere orta est »; Fr. Pelster, *Die Übersetzungen der aristotelischen Metaphysik in den Werken des hl. Thomas von Aquin* (« Gregorianum » 17, 1936), p. 403.

[1] Cf. W. Kübel, *Die Übersetzungen der Aristotelischen Metaphysik in den Frühwerken Alberts des Großen* (« Divus Thomas » 11, 1933), pp. 241-268; vide etiam Fr. Pelster, *Kritische Studien...* (vide supra p. XIV adn. 4), pp. 104-106, et B. Geyer, in Alberti Magni, *Opera Omnia...*, T. XVI, P. I, *Metaphysica...*, p. X.

[2] Loci Metaphysicorum 125 fere, qui in editione operum Bonaventurae critica allati sunt (cf. S. Bonaventurae, *Opera omnia* ed. studio et cura PP. Collegii a S. Bonaventura, Quaracchi 1882-1902, T. 10: *Operum omnium complementum*, 1902, vide p. 266), originem ducunt, quatenus ipsa Aristotelis verba propemodum exprimunt, via recta vel obliqua, scilicet interpositis sive aliis auctoribus sive collectis auctoritatum sententiis, cum a translatione Composita vel Iacobi tum a translatione Scoti; translatione vero Anonyma ne in posterioribus quidem operibus, ut in Collationibus in Hexaemeron, Bonaventuram usum esse comperimus. Cf. ad hanc rem etiam M. Grabmann, *Forschungen...* (vide supra p. X, adn. 3), pp. 44-47, et J. G. Bougerol, *Dossier pour l'étude des rapports entre Saint Bonaventure et Aristote* (« Arch. d'Hist. Doctr. et Litt. du Moyen Age » 40, 1973), pp. 190-199, 218-222.

[3] B. Geyer, loco citato, p. X et XII. Cf. etiam B. Geyer, *Die Übersetzungen der Aristotelischen Metaphysik bei Albertus Magnus und Thomas von Aquin*

Vincenti Bellovacensis [1], in Metaphysicorum commentario Adami de Bocfeld [2], in libris Nicolai Parisiensis [3], in illa compilatione de libris Naturalibus, de qua Martinus Grabmann disseruit, atque in quaestionibus collectis facultatis artium Parisiensis, quae opera anonyma medio fere saeculo tertio decimo vel paulo ante confecta sunt [4], Aristotelis Metaphysicorum libri semper per « Metaphysicam Veterem », id est translationem Iacobi vel Compositam, et per translationem arabo-latinam noti sunt.

(« Phil. Jahrbueh » 30, 1917), pp. 413-414; Geyer iam in illa disputatione quam ante translationem Anonymam repertam conscripsit, posuit Thomam in Scripto super libros Sententiarum (1254-1256) semper translatione arabo-latina usum esse; quod si Geyer in eodem Scripto vestigia quaedam translationis graeco-latinae, quae Metaphysieae Veteris ambitum exeederet, agnovit, monendum est haec ipsa verba neque ex translatione Anonyma neque ex reeensione Guillelmi, sed fortasse ex parte translationis Iacobi deperdita sumpta esse; exempli eausa: « analogiee » (ed. Parm. VI, p. 412 a = *τῷ ἀνάλογον Met.* 1071a4), quod verbum suo loeo in translatione Anonyma « proportionaliter » redditum est; vel « homogenea » (ed. Parm. VI, p. 754a = *συγγενές Met.* 1053a25), quod in translatione Anonyma redditum est « cognatum ». Illud quoque memorandum est verba ex libro Metaphysicorum deeimo sumpta « mensura ... *homogenea* mensurato », quae Thomas non modo in Scripto super libros Sententiarum, sed etiam in Quaestionibus disputatis De veritate (Q.8 a. 12) (1256-1259) laudavit, in Auctoritatibus Aristotelis hoc ipso modo allata esse, cf. J. Hamesse, *Les Auctoritates Aristotelis. Un Florilège Médiéval. Étude historique et édition critique*, Louvain-Paris 1974, p. 135.

[1] Cf. M. Grabmann, *Forschungen...*, (vide supra p. X adn. 3), pp. 49-51; in Speculo doetrinali, quod anno 1250 fere eonfectum est, nomine Metaphysicae Veteris translatio Composita et nomine Metaphysicae Novae translatio Scoti laudatur. Verba ibi allata, quae M. Grabmann protulit, imprimis verba ex tertio Metaphysicae libro laudata (*Spec. doctr.* L. XVII c. 56), aperte ex translatione Composita sumpta sunt.

[2] Adam de Boefeld medio saeeulo tertio decimo translationem arabo-latinam, praeter quam Vetus sola ei nota erat, commentario explanavit; cf. Fr. Pelster, *Adam von Bocfeld (Bockinfold), ein Oxforder Erklärer des Aristoteles um die Mitte des 13. Jahrhunderts* (« Seholastik » 11, 1936), pp. 196-224, imprimis pp. 211, 222-223, et M. Grabmann, *Die Aristoteleskommentatorem Adam von Bocfeld und Adam von Bouchermefort. Die Anfänge der Erklärung des « Neuen Aristoteles » in England* in: M. Grabmann, *Mittelalterliches Geistesleben II*, Münehen 1936, pp. 138-182, 614-616. Vide etiam Fr. Pelster, *Die Übersetzungen...* (« Gregorianum » 17, 1936), p. 402.

[3] Cf. verba Nicolai Parisiensis a Martino Grabmann laudata: « Metaphysica autem non dividitur quia una est seientia eontinua et sunt ibi *XI libri* et est unus liber eontinuus de nova metaphysiea et veteri », M. Grabmann, *Die logischen Schriften des Nikolaus von Paris*, in M. Grabmann, *Mittelalterliches Geistesleben I*, Münehen 1926, p. 244. Vide etiam Fr. Pelster, loco eitato, p. 403.

[4] M. Grabmann, *Forschungen...* (vide supra p. X adn. 3), pp. 74-86, et M. Grabmann, *Eine für Examinazwecke abgefaßte Quaestionensammlung der Pariser Artistenfakultät aus der ersten Hälfte des XIII. Jahrhunderts*, in: M. Grabmann, *Mittelalterliches Geistesleben II...*, pp. 183-199.

Non ita multo post saeculum tertium decimum medium primum, quod sciamus, verba ex translatione Anonyma allata ac loci qui indicio sunt eam tunc innotuisse apparent.

[1] In Quaestione Alberti Magni De sensibus corporis gloriosi (post 1250) laudata sunt verba Metaphysicorum libri quinti (1022b15-21) :

> « ... quod dicit Philosophus in quinto Metaphisice, passio multipliciter dicitur. Et sunt eius hec verba : Passio dicitur uno modo qualitas, secundum quam alterari contingit, ut album et nigrum, dulce et amarum, gravitas et levitas et quecumque talia. Alio modo horum alteraciones et acciones. Amplius horum magis alteraciones nocive et motus et maxime lamentabiles nocive. Amplius magnitudines exaltacionum et lamentacionum » [1].

Eisdem fere verbis textus Aristotelis in translatione Anonyma redditus est (vide infra **108**.5-10), a qua translationes Scoti et Guillelmi hoc loco non paulum distant.

[2] Thomas Aquinas primum in Quaestionibus disputatis De veritate (1256-1259) et in Expositione super librum Boethii De trinitate (1255-1259) non solum translatione arabo-latina, sed etiam translatione Anonyma usus videtur esse [2]. Exempli causa verba ex libro sexto (1027b24-25) Metaphysicae sumpta, quae in Quaestionibus disputatis De veritate (q.8,a.14) laudat, afferamus :

> « Unde Philosophus dicit in 6. Metaphysicae : *Dico autem simul et separatim* intelligere affirmationem et negationem *quasi non deinde, sed unum quid sit* ».

Verba allata ex translatione Anonyma sumpta esse liquet (**121**.6-**122**.1), quia textus graecus hoc loco et translatione arabo-latina et recensione Guillelmi alio modo redditus est.

[3] Ricardus Rufus magister Oxoniensis paulo post annum 1250 sententiam quandam e libro quarto decimo Metaphysicae

---

[1] F. M. Henquinet, *Une pièce inédite du commentaire d'Albert le Grand sur le IVe livre des Sentences* (« Rech. d. Théol. anc. et méd. » 7, 1935), pp. 263-293, cf. p. 276 ; vide etiam H. Fries, *Um neue theologische Abhandlungen Alberts des Großen* (« Angelicum » 13, 1916), p. 65, Fr. Pelster, *Die Übersetzungen...* (« Gregorianum » 17, 1936), p. 401, et B. Geyer, in Alberti Magni, *Opera Omnia...*, T. XVI, P. I, *Metaphysica...*, p. X.

[2] Cf. B. Geyer, loco citato, p. X ; Fr. Pelster, *Die Übersetzungen...* (« Gregorianum » 16, 1935), pp. 334-338.

sumptam (1088b17-18) haud semel attulit : « Omne quod fit, fit ex aliquo ente in potentia illud quod fit » [1]. Quae verba in translatione Anonyma sunt : « Fit autem omne ex potentia ente hoc quod fit » (**260**.5) ; cf. textum graecum : *γίγνεται δὲ πᾶν ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος τοῦτο ὃ γίγνεται* ». Quae a Rufo laudantur non ad verbum e Graeco translata sunt, sed omnia quae cum textu graeco concordant, translationi Anonymae insunt ; translationis autem Guillelmi, quae hoc loco cum Anonyma prorsus concinit, ratio non ducenda est, quia posterior est.

[4] Roger Baco in prima serie Quaestionum supra libros prime philosophie Aristotelis Parisiis (1236-1247 circiter) elaborata, usus est translatione Composita et translatione Scoti ; in serie altera harum quaestionum, quae sunt ultimae eius lectiones in universitate Parisiensi habitae (ante ergo 1248), non solum easdem translationes habuit, sed etiam libros XIII et XIV Metaphysicae novit ; tredecim enim Metaphysicae libros numerat, libros I-X et XII-XIV [2].

[5] E commentario in Librum de Causis paulo post annum 1250 composito apparèt auctorem, cuius nomen ignoramus, translationem Metaphysicae tredecim utique libros continentem novisse, ut qui eundem Librum de causis « quartum decimum » computaverit [3].

[6] Cum textu Metaphysicae arabo-latino comparata translatio Anonyma aliquando nova esse putabatur et tertia in serie translationum.

---

[1] Cf. F. M. Henquinet, *Autour des écrits d'Alexandre de Halès et de Richard Rufus* (« Antonianum » 11, 1936), pp. 187-218, vide pp. 209 sqq. ; Fr. Pelster, *Die Übersetzungen...* (« Gregorianum » 17, 1936), pp. 405-6 ; Alexandri Halensis, *Prolegomena*, Quaracchi 1948, p. CV ; B. Geyer, loco citato, p. X. Non aequum nobis quidem videtur suspicari translationem quandam translationi Anonymae (et Recensioni Guillelmi) disparem illorum quae allata sunt verborum fontem fuisse, quod nonnulli quos nominavimus auctores opinati sunt ; verba enim, quae translationis Anonymae dissimilia sunt, textus quoque graeci sunt dissimilia.

[2] *Opera hactenus inedita* Rogeri Baconi, Fasc. XI : *Questiones altere supra libros Prime Philosophie Aristotelis...*, nunc primum edidit R. Steele, Oxonii 1932, pp. XXI, 121.10-20, 130.21-22, 320.

[3] Fr. Pelster, loco citato, p. 403 ; M. Grabmann, *Eine für Examinazwecke abgefaßte Quästionensammlung...*, p. 188 ; vide etiam Fr. Pelster, *Adam von Bocfeld...*, pp. 210-211.

a. In codice Vatic. lat. 2081 [A.L.²1840] f. 140ʳ inveniuntur in margine translationis Scoti haec verba, quae, sicut et ipsum textum, sub anno 1260 scripta esse Fr. Pelster opinatus est [1] :

> « Unde sciendum quod quidam incipiunt primum librum ibi : ' Consideracio quidem de veritate ' et illi dicunt quod terminatur ibi : ' Necesse est nobis ', ubi incipit liber tertius. Melius tamen dicendum quod Vetus metaphysica computatur pro primo libro et durat usque ibi : ' Consideracio quidem ', ubi incipit liber secundus et sic sunt XI in universo. Secundum tamen novam translacionem sunt 13 libri complete et deficiunt nobis [scilicet in translatione Scoti] primus liber, 12ᵘˢ [scilicet XIII], 13ᵘˢ [scilicet XIV] ».

Dubium non est quin verba « secundum tamen novam translacionem sunt 13 libri complete » translationem Anonymam significent ; nam auctori huius notae marginalis recensionem Guillelmi quattuordecim libros amplectentem nondum notam fuisse patet.

b. In codice Paris. Bibl. Nat. lat. 12953 [A.L.¹625] saeculo tertio decimo exarato, f. 340ʳ, nota marginalis ad initium translationis Scoti posita et eodem tempore quo textus scripta, rationem quae intercedit inter translationes explanat ; translatio « in qua determinatur tota metaphysica plenarie a principio usque ad finem tertii decimi libri » numeratur tertia [2] :

> « Sed in libris Aristotilis in latinum translatis non est aliquid de hiis manifestum, propter quod eius Metaphysica in nulla translatione est ad plenum tradita. Illud enim manifestum consideranti, quoniam in prima translacione invenitur communiter a principio usque infra quartum librum ; in secunda translacione non invenitur principium sive pars prohemialis, in qua multa determinantur, sed licet mutato ordine partium primi libri et secundi sicut primo factum fuit in divisione, durat ista translatio usque versus finem undecimi ubi defficit ultimum capitulum eiusdem, multaque copula et partes diverse in singulis libris intermediis defficiunt, sicut patet ex tertia translatione, in qua determinatur tota metaphysica plenarie a principio usque ad finem tresdecimi libri ; in quibus omnibus translacionibus defficiunt due partes metaphysice in latino, una que respondet illis que determina⟨n⟩tur in libro de Causis, ut tangetur post, et alia que habent determinari de hiis que pertinent ad scientiam civilem circa cultum Dei et venerationem substantiarum spiritualium... ».

Huius quoque notae marginalis auctori translatio Guillelmi de Moerbeka nondum nota fuit.

---

[1] Fr. Pelster, *Die Übersetzungen...* (« Gregorianum » 17, 1936), pp. 401-402.

[2] G. Lacombe, *Mediaeval Latin Versions of the Parva Naturalia* (« The New Scholasticism » 5, 1931), p. 296, n. 13.

c. Adde quod duo translationis Anonymae codices, Washingt. Bibl. Folg. Smedl. 3 [A.L.^{1}21] et Neo-Eborac. Pierp. Morg. M 809 [A.L.^{1,8}7], in libri primi inscriptione translationem verbo « novae » designarunt (vide infra **7**.1-2 adn. lat.).

Translatio quae ferebatur « nova » ad alias supplendas adhibita est ; nam postquam Vetus quae nominatur translatio sive tota sive eius liber primus cum translatione Scoti coniuncta est, ut alia aliam compleret — quas coniunctas plus viginti codices exhibent [1] —, libri posteriores, qui translationi Scoti et memoriae translationis Veteris deerant, ex translatione Anonyma suppleti sunt, quo factum est ut totus Metaphysicae textus, libro undecimo excepto, latine redditus colligeretur ; cuius generis codices novem ad nostram permanserunt aetatem, quorum in duobus nihil aliud nisi quod reliquum est libri XII (a 1075b11), in tribus libri XIII et XIV, in quattuor vero omnes partes quae translationi Scoti desunt suppletae sunt [2]. Loci, in quibus translatio Anonyma conversionem Scoti excipit, semper una manu scripti sunt ; in uno codice, Erford. Ampl. Fol. 19 [A.L.^{1}855], f. 79^{r}, manu eiusdem fere aetatis scriptum est : « Hoc totum quod sequitur usque ad finem libri est de alia translatione ».

Verum et factum est ut translatio ' nova ' quae dicebatur ' veteribus ' interpretationibus compleretur et contaminaretur ; initium, quod translationi Anonymae repertae deerat, translatione Composita suppletum est [3] et sententiae quaedam e translatione et commentario Scoti sumptae in textum eius irrepserunt. Quarum ad unam A. Dondaine [4] virorum doctorum animos advertit. In capite tertio libri duodecimi translationis Anonymae (vide infra **206**.21-**207**.1) scripta sunt verba « et forsan casu fiunt et per se animalia generata per putrefactionem », quae neque in codicibus graecis neque in recensione Guillelmi neque in translatione ex arabo latine reddita, sed in commentario Averrois (XII.c.13) insunt : « Dicit Alexander et forte fiunt casu et per se animalia quae generantur ex putrefactione » [5]. Quae verba translationi Anonymae postea interposita esse cum

[1] Vide *Arist. Lat.* XXV 1-1a, *Metaphysica*..., p. XXIII.

[2] Vide infra p. XXXVII.

[3] Vide supra pp. XV-XVI.

[4] A. Dondaine, *Saint Thomas*.. , (vide supra p. XXIV adn. 5), pp. 203*-204*.

[5] *Aristotelis Opera lat. c. comment. Averrois*, ed. Nicoletus Vernias, Venetiis 1483, vol. III, lib. XII, comm. 13.

aliis tum eo manifestum est, quod interpres vocabulo « casu » graecae voci *αὐτόματον* respondente numquam usus est, sed *αὐτόματον* semper latinis litteris « automaton » scripsit (vide infra p. **309**). Alia verba quae ex translatione Scoti sumpta translationi Anonymae addita sunt, B. Geyer [1] indicavit :

> « Amplius esse significat *veritatem rei, quia cum dicimus aliquid esse monstramus ipsum esse verum*, et quando non esse, quia non verum sed falsum » (*Transl. Anonyma*, vide infra p. **94**.29-**95**.2).
>
> *ἔτι τὸ εἶναι σημαίνει καὶ τὸ ἔστιν ὅτι ἀληθές, τὸ δὲ μὴ εἶναι ὅτι οὐκ ἀληθὲς ἀλλὰ ψεῦδος* (1017a31-32).
>
> » Amplius esse et est significant quod verum, non esse autem quod non verum sed falsum » (*Recensio Guillelmi* 1017a31-32) [2].
>
> » Et etiam ens significat essentiam et *veritatem rei, quoniam cum dixerimus aliquid esse, demonstrabimus suam veritatem*, et cum dixerimus aliquid non esse, demonstrabimus *ipsum esse* non verum, sed falsum » (*Translatio Scoti*, L. V, t. 14).

Fieri potest ut sententiae quarum mentionem fecimus, errore librarii cuiusdam, qui notam marginalem ipsius textus esse existimavit, insertae sint ; initium tamen consulto suppletum esse constat.

Ita translationis Anonymae quaedam recensita et contaminata forma paulo post ipsam repertam medio fere saeculo tertio decimo orta est ; quae exemplar exstitit omnium qui asservantur codicum ; in omnibus enim et initium e Composita sumptum et ipsius Anonymae textus et quae ei aliunde interposita sunt una manu continua scripta sunt. Hac ipsa forma viri docti qui Anonymam legerunt et commentariis auxerunt, usi sunt [3].

Propria enim translationis Anonymae vis in eo posita est, quod sive tota sive ex parte duorum gravium Metaphysicae commentariorum fundamentum fuit.

Albertus Magnus in Metaphysicae commentario paulo post annos 1262-1263 elaborato singula paene verba translationis

---

[1] B. Geyer, loco citato, p. X.

[2] Recensionem et translationem Guillelmi hic et in sequentibus laudamus ex textu, quem e codicibus Vat. lat. 2083 [A.L.[2] 1842], Bonn. Bibl. Univ. 66 (3) [A.L.[1] 827], Paris. Bibl. nat. lat. 16584 [A.L.[1] 694], Cantabr. Dom. Petri 22 [A.L.[1] 247] interim composuimus ; Bekkeri numeros, quibus textus graecus signatus est, addidimus.

[3] Initium quod suppletum est et adiectiones duae, quas supra nominavimus, in commentariis et Alberti et Thomae suo quaeque loco insunt.

Anonymae secutus est ; nonnumquam etiam translatione Composita, rarissime translatione Scoti « mendosa et corrupta », ut aiebat, usus est ; textus a Guillelmo de Moerbeka paulo post recognitus cum libro XI recens latine reddito ei nondum suppetebat [1].

Translatio Anonyma magni quoque fuit momenti in Expositione in XII libros Metaphysicorum, quam conscripsit Thomas Aquinas ; qui in libris I, IV.1.6-V.1.14,VIII hac translatione praeter ceteras fundamento textus usus est, reliquas per occasionem adiens ; in ceteris autem libris, ubi Thomas animum magis intendit in translationem Guillelmi ac nonnumquam etiam in translationem Iacobi et Compositam (praecipue in prioribus lectionibus libri IV), translationem Anonymam alias frequenter, alias raro comparandi causa inspexit. Quae demum ratio intercedat inter varias translationes et quarum in singulis commentarii partibus componendis praelatior usus fuerit, difficile est ad intelligendum, praesertim cum Thomas inter commentarii labores translationem a Guillelmo recensitam cognoverit nonnullasque, ut videtur, commentarii partes ad eam retractaverit. Quod quidem saepe quaesitum [2] enodabitur editione Leonina commentarii critica.

De aliis commentariis, quorum fundamentum translatio Anonyma fortasse fuerit, parum novimus ; eam tamen lectam atque ad usum collatam esse satis apparet ex multis glossis marginalibus quae in translationis Anonymae codicibus qui adhuc asservantur, insunt ; sed commentaria continua in marginibus adscripta praeter illa Averrois et Thomae Aquinatis in ipsis non sunt.

In codice Florent. Laur. S. Crucis XIII sin. 7[A.L.^{2}1368], qui ff. 75^{r}-99^{v} translationem Compositam cum translatione Iacobi contaminatam praebet, commentarius libri Metaphysicae primi usque ad 983a23 (post quem locum additae sunt quaestiones

[1] B. Geyer, loco citato, pp. X-XII. Quanti momenti fuerit translatio Anonyma in commentariis Alberti et Thomae ad intellectum textus Aristotelis, videas apud G. Vuillemin-Diem, *Die Metaphysica Media*... (vide supra p. XXIII adn. 1).

[2] Cf. inter alios B. Geyer, *Die Übersetzungen*... (vide supra p. XXV adn. 3), D. Salman O.P., *Saint Thomas et les traductions latines des Métaphysiques d'Aristote* (« Arch. d'Hist. Doctr. et Litt. du Moyen Age » 7, 1932) pp. 85-120, cf. rec. crit. apud A. Dondaine, in « Bull. Thomiste », Suppl. 1 (1931-1933), pp. 199-213 ; Fr. Pelster, *Die Übersetzungen*... (vide supra p. XXIV adn. 5).

ad Metaphysicam singula textus verba non respicientes) circum translationem Compositam scriptus non hanc, sed Anonymam translationem sequitur et affinitate quadam cum Alberti commentario coniunctus est, ut B. Geyer [1] monstravit.

Aliud commentarium ad quod componendum translatio Anonyma non nichil conduxit, Fr. Pelster [2] indicavit, nempe Expositionem in XII libros Metaphysicorum Aristotelis, quae in editione Ioannis Duns Scoti operum typis mandata est [3]. Quod commentarium non ipsius Duns Scoti esse viri docti quidam iam dudum et hodie fere omnes suspicati, aliquamdiu opus Duns Scoti ab Antonio Andrea retractatum, deinde vero ipsius Antonii Andreae librum esse arbitrati sunt; quod ab aliis rursum in dubium vocatum est [4]. Ad hodiernum tamen diem nemo, quod sciamus, negavit commentarium ab assecla Duns Scoti confectum esse, praesertim cum in epilogo auctor se verbis sententiisque doctrinam Scoti secutum esse testetur [5]. Plures locos ipsi perscrutati haec percepimus : Commentarius est retractatio non tam operis cuiusdam Duns Scoti, quam Expositionis in XII libros Metaphysicorum Thomae Aquinatis, a quodam fautore Duns Scoti doctrinae conscripta ; qui in rebus disponendis, sententiis explanandis, exemplis eligendis Expositionem Thomae saepe ad verbum subsecutus est nec tamen neglexit nonnullis in locis peculiaribus de doctrinis Thomae, quem non nominavit, judicium censuramque facere easdemque ad mentem Scoti retractare. Ceterum, ut ad id quod imprimis nostra interest veniamus, a Thomae Expositione illud commentarium et eo distat, quod in commentarii textu — de lemmatibus commentariis interpositis non loquimur — quae sunt Aristotelis frequentius et magis ad verbum expressa et quasi integra in explanationem recepta

---

[1] B. Geyer, in Alberti Magni, *Opera Omnia...*, T. XVI, P. I, *Methaphysica...*, pp. VIII-IX.

[2] Fr. Pelster, *Die griechisch-lateinischen Metaphysik-Übersetzungen...*, (cf. supra p. XIII, adn. 3), p. 112.

[3] *Joannis Duns Scoti In XII libros Metaphysicorum Expositio*, in : Joannis Duns Scoti, *Opera Omnia*, editio nova juxta editionem Waddingi XII tomos continentem a PP. Franziscanis de observantia accurate recognita, Parisiis apud L. Vivès 1891-1895, T. V, pp. 434-725, T. VI, pp. 1-600.

[4] Cf. L. Wadding et H. Cavellus in praefatione ad editionem supra laudatam, T. V, pp. 435-439 ; vide etiam R. Seeberg, *Die Theologie des Duns Scotus* (« Stud. z. Gesch. d. Theol. u. Kirche » V), pp. 60-61, et C. R. S. Harris, *Duns Scotus*, Oxford 1927, T. I, pp. 17-22.

[5] Joannis Duns Scoti, *Opera Omnia...*, T. VI, p. 600.

sunt ; qui textus translationem Anonymam simili quodam modo atque in Thomae Expositione recensione Guillelmi permixtam continet, nisi quod in quibusdam prioribus libris usque ad initium quinti, Anonymae praelatior, ut videtur, usus fuit quam in Expositione Thomae factum est.

Non ita longo tempore translatio Anonyma in usu fuit, cum paulo post annum 1270 translatio a Guillelmo facta divulgata et communiter recepta sit. Sed quamquam translatione Guillelmi loco suo mota est, translatio Anonyma in Guillelmi quoque recensione exstat, cum magna ex parte, si libros posteriores excipias, fundamentum eius sit.

III. De translatione Anonyma edenda.

1. *De codicibus qui translationem Anonymam praebent.*

Codices manu scripti translationem Anonymam Metaphysicae integram vel partim adservantes, in catalogo Aristotelis Latini descripti sunt. Eos hic compendiose recensemus, sigla bilittera in margine addentes, quibus ad editionem vel adnotationem vel appendicem componendas usi sumus. Post uniuscuiusque codicis descriptionem, inter uncos [ ] indicavimus, sub quo numero plenius codex descriptus sit in Aristotelis Latini codicum recensione maiore [1] (A.L.[1] = Pars prior ; A.L.[2] = Pars posterior ; A.L.[s] = Supplementa altera).

Alia signa in marginibus adposita haec significant :

†† = textum translationis Anonymae totum, photographiis maioribus utentes, contulimus

† = textum translationis Anonymae partim, photographiis maioribus utentes, contulimus

* = codicem ipsum inspeximus.

†† *Bp* 1. Basilensis, bibl. Univ., F.II.18, f. 2[r]-9[v] : saec. XIII. [A.L.[2] 1141] Continet librum I et initium libri II tantum. Explicit ex abrupto **37**.14 « possibile veluti ». In descriptione A.L., verba « Vetus » et « initio libri IV » corrigenda sunt in « Media » et « initio libri II ».

[1] G. Lacombe, A. Birkenmajer, M. Dulong, Aet. Franceschini, L. Minio-Paluello, *Aristoteles Latinus. Codices : Pars Prior*, Romae 1939 (Editio nova ad editionem romanam anni 1939 phototypice expressa addito corrigendorum elencho, Bruges-Paris 1957) ; *Pars Posterior*, Cantabrigiae 1955 ; *Supplementa altera*, Bruges-Paris 1961.

†† *Bü* 2. Brugensis, bibl. Semin. Maior., 102/125, f. 75^{v}-92^{r} : saec. XIII, manu Gallica exaratus ; ex ecclesia beatae Mariae de capella Thosan (Ter Doest) in Flandria. [A.L.^{1} 163]

Continet libros XIII-XIV [1] tantum.

†† *Bu* 3. Bustensis, bibl. capit., M.I.11, f. 1^{r}-82^{v} : saec. XIV, a duobus librariis (f. 1-32^{v}, 33^{r}-82^{v}) exaratus. [A.L.^{2,s} 1289]

Initium libri I usque ad **10**.1 tantum secundum translationem Anonymam (cuius autem textus contaminatus est cum textu translationis Guillelmi) continet, postea translationem Guillelmi praebet. Descriptio in A.L. corrigenda est.

† *Cd* 4. Cantabrigiensis, bibl. Coll. Corp. Chr., 239, f. 119^{v}-138^{v} : saec. XIII$^{in. (?)}$. [A.L.^{1} 222]

Ex duabus partibus constat :

I. f. 119^{v}-129^{v} et 134^{r}-138^{v} ab uno librario exarata librum XIII et initium libri XIV usque ad **260**.20 « mathematicum » continent.

II. f. 130^{r}-133^{r} ab altero librario exarata tria fragmenta libri XIII (**277**.18 « quinarius » — **251**.14 « videtur », **236**.2 « cius » — **239**.21 « numerari », **232**.5 « sensibilibus » — **233**.9 « corruptibilium ») in continuo scripta continent. f. 133^{v} vacuum est.

†† *Ta* 5. Dertusiensis, bibl. capit., 241, f. 135^{r}-263^{r} : saec. XIII. [A.L.^{2} 1179]

†† *Ed* 6. Erfordiensis, bibl. urb., Ampl. Fol. 19, f. 79^{r}-94^{r} : saec. XIII$^{ex.}$, manu Gallica, ut videtur, exaratus. [A.L.^{1} 855]

Continet finem libri XII inde a **222**.16 « sed omnes », et libros XIII et XIV tantum. In descriptione A.L., « f. 78^{r}-93^{r} » in « f. 79^{r}-94^{r} » corrigenda sunt.

† *Fl* 7. Florentinus, bibl. Laur., S. Crucis Plut. XIV sin. 2, f. 1^{r}-84^{v} : saec. XIII, ab uno librario exaratus. [A.L.^{1} 1375]

Partim textum translationis Anonymae (cum textu translationis Guillelmi tamen contaminatum), partim textum translationis Guillelmi praebet. Hae sunt partes translationis Anonymae, sed contaminatae : initium libri I usque ad **11**.10, maior pars libri VII, libri VIII-IX, et maior pars libri X (**123**.14 — **203**.5). In descriptione A.L., verba « Metaphysica Medie Translationis » in « Metaphysica Medie Translationis cum Nova Translatione contaminata », et « VIII » in « VII », « VII » in « VI » corrigenda sunt.

†† *Ko* 8. Hafniensis, bibl. Reg., Thott 164 fol., f. 1^{r}-47^{r} : saec. XIII. [A.L.^{1,s} 395]

Inter f. 12^{v} et f. 13^{r} atque inter f. 16^{v} et f. 17^{r} nonnulla folia deperdita esse videntur. Utroque loco longiores partes textus desunt : a **56**.6 post verbum « dicere » (in fine f. 12^{v}) usque ad **74**.15 « non ens » (in initio f. 13^{r}), et a **92**.27 post verba « et enim » (in fine f. 16^{v}) usque ad **110**.22 « que talia » (in initio f. 17^{r}).

†† *Mn* 9. Matritensis, bibl. nat., 1428, f. 347 : saec. XIII, manu septentrionali, ut videtur, exaratus. [A.L.^{2} 1193]

Continet finem libri XII a **222**.16 « sed omnes » tantum.

---

[1] Posteriores libros Metaphysicae tres (= *A*, M, N secundum ordinem textus graeci), ut iam supra (p. XI adn. 3) diximus, numeris XII, XIII, XIV designavimus, quamquam secundum translationem, in qua liber undecimus (K) deest, numeris XI, XII, XIII rectius designarentur.

†† *Nq* 10. NEAPOLITANUS, bibl. nat., VIII. E. 21, f. 158r-160v : saec. XIII-XIV. [A.L.² 1477]

Continet dimidiam partem libri I tantum. Explicit ex abrupto **22**.4 « transmutavit Pythagorici » (in fine f. 160v). In descriptione A.L., verbum « Vetus » in « Medie Translationis » corrigendum est.

*† *Ny* 11. NEO-EBORACENSIS, bibl. Pierpont Morgan, M. 809 (erat Brooklynensis, bibl. Kelsonica, 2), f. 1r-46v : saec. XIV. [A.L.¹,ˢ 7]

A duobus vel tribus librariis (Italicis, ut videtur) exaratus, quorum primus usque ad **49**.7 « existentium » (f. 9v), secundus a **49**.7 (« unum aut ens » (f. 10r) usque ad **231**.13 « et entia » (f. 39r), tertius qui fortasse idem est ac primus a **231**.13 « dupliciter » (f. 39r) usque ad finem scripsit.

†† *Oä* 12. OXONIENSIS, bibl. Coll. Balliol., 113, f. 143r : saec. XIV, manu Anglica exaratus. [A.L.¹ 346]

Continet finem libri XII a **222**.16 « sed omnes » tantum.

*†† *Px* 13. PARISINUS, bibl. nat., lat. 6325, f. 180r-229v : saec. XIII, manu Italica exaratus ; ex bibliotheca Papiensi ducum Mediolanensium fortasse provenit. [A.L.¹ 572]

*†† *Pj* 14. PARISINUS, bibl. nat., lat. 16082, f. 75v-88r : saec. XIII ; olim de Sorbona, 1778. [A.L.¹,ˢ 658]

Continet finem libri XII a **222**.16 « sed omnes », et libros XIII et XIV tantum. In descriptione A.L., « 75r » in « 75v » corrigendum est.

*† *Pk* 15. PARISINUS, bibl. nat., lat. 16084, f. 169r-176r : saec. XIII ; olim de Sorbona, 935. [A.L.¹ 660]

Continet libros XIII et XIV tantum.

†† *Sc* 16. PISANUS, bibl. conv. S. Catherinae, 11, f. 2r-35v : saec. XIII. [A.L.² 1530]

†† *Re* 17. REMENSIS, bibl. munic., 864, f. 264r-280r : saec. XIII. [A.L.¹ 735]

Continet finem libri XII a **222**.16 « sed omnes », et libros XIII et XIV tantum.

† *Sy* 18. SALISBURIENSIS, bibl. capit., 111, f. 219v-229v : saec. XIII. [A.L.¹ 382]

Continet libros XIII et XIV tantum. In descriptione A.L., « f. 220r », in « f. 219v » corrigendum est.

† *Te* 19. TERGESTINUS, bibl. urb., 20 (187), f. 1r-42r : saec. XIV. [A.L.²,ˢ 1577]

Continet libros I-X, XII Metaphysicae, quorum I, II et maior pars libri III (usque ad **56**.2 « sed quoniam hoc [*sic*] », in fine f. 8v) textum secundum translationem Anonymam praebent, qui tamen cum translatione Guillelmi contaminatus videtur esse, reliqui textum translationis Guillelmi habent. Descriptio in A.L. corrigenda est.

*†† *Bg* 20. VATICANUS, bibl. apostol., Borgh. 304, f. 1r-58v : saec. XIII$^{med.}$, a librario Italico exaratus. [A.L.² 1739]

Tres particulae libri VII in hoc codice diversis locis duplicatae sunt, vide infra p. **2**.

*†† *Cn* 21. VATICANUS, bibl. apostol., Chigi E.V. 154, f. 2r-59v : saec. XIII, a librario Italico exaratus. [A.L.² 1747]

*†† *Ll* 22. VATICANUS, bibl. apostol., Pal. lat. 1063, f. 1r-98r : saec. XIII, a librario Italico exaratus ; ex conventu Veronense ordinis Praedicatorum. [A.L.² 1793]

Continet libros I-X, XII.

*†† *Vu* 23. VATICANUS, bibl. apost., Vat. lat. 6944, f. 31v-72v : saec. XIII, manu Italica exaratus. [A.L.² 1894]
Continet libros I-X, XII-XIII.6. Explicit ex abrupto **237**.19 «preter Pythagoricos», in fine f. 72v.

†† *Ws* 24. WASHINGTONIENSIS, bibl. Folgeriana, Ms. Smedley n. 3, f. 290r-359v : saec. XIVin., manu Italica exaratus. [A.L.¹ 21]

In superiore recensione tres codices (*Bu*, *Fl*, *Te*) adduximus, qui textum translationis Anonymae non purum — vel fere purum — ut alii, sed cum textu translationis Guillelmi vel valde contaminatum vel mixtum praebent. Haud scio tamen an inter codices fere ducentos, qui in catalogo Aristotelis Latini sub nomine Novae Translationis i.e. Guillelmi de Moerbeke (A.L.² p. 1329) enumerati sunt, alii libri lateant, qui textum (vel partes textus) translationis Anonymae cum textu translationis Guillelmi contaminatum vel mixtum praebeant. Sed eos invenire non poteris, nisi omnes translationis Guillelmi codices contuleris aut saltem inspexeris. De hac re ergo in tertio huius seriei volumine (XXV.3) tractandum est, qui editionem recensionis Guillelmi praebebit.

Ad Metaphysicorum studia dilucidanda utile est monere textum cum aliis conversionibus, maxime cum translatione Scoti vel cum commento Averrois coniunctum esse in eis codicibus, qui partes tantum translationis Anonymae et praecipue ultimos libros vel eorum partes habent. Quas conversiones singuli codices contineant et quo ordine, haec tabula patefaciat (Anon. = tr. Anonyma ; Comp. = tr. Composita ; Scot. = tr. Scoti ; Averr. = Averroes in Metaphysicam ; *sigla bilittera* : vide pp. XXXIV-XXXVI) :

	Bp	*Ed*	*Pj*	*Re*	*Sy*	*Cd*	*Bü*	*Mn*	*Oä*	*Pk*
Anon. lib. I-II.2	•									
Comp. lib. I		•	•							
Comp.				•	•	•				
Scot.	•	•	•	•	•	•	•	•		
Averr.									•	•
Anon. fin. libri XII		•	•	•				•	◎	•
Anon. lib. XIII-XIV		•	•	•	•	•	•			•
Comp.							•			•

TABULA I. Codices, qui partes translationis Anonymae coniunctas cum aliis conversionibus vel cum commento Averrois praebent.

Notandum denique est eos codices, qui textum translationis Anonymae integrum aut fere integrum et sine ulla alia conversione continent, originem ex Italia ducere, ut videtur, ceteros vero ex Gallia aut Anglia provenire verisimile est.

Translatio Anonyma typis impressa non est nisi annis 1960-64 in editione Alberti Magni Metaphysicae a Bernhardo Geyer curata [1], in qua textus translationis, ad paraphrasim Alberti comprehendendam necessarius, commentario adiunctus est. Bernhardus Geyer et Bernhardus Schmitt, auctores huius voluminis, quibus propositum non erat textum translationis criticum praebere, ad textum versionis Anonymae (' Mediae ') edendum codices *BgPxVu* (siglis b,p,v designatos) in prima parte (I-V) adhibuerunt, in secunda (VI-XIII) insuper lectiones codicum *ScLl* (siglis a, c designatorum), partim collationibus nostris utentes, addiderunt.

2. *De archetypo codicum.*

Postquam omnes codices vel integros vel magna ex parte inspeximus et contulimus, totam translationis Anonymae memoriam valde mendosam esse intelleximus. Nullum codicem invenimus, qui non permultis in locis, sive eodem modo ac ceteri sive alio, lectiones aperte vitiosas praebeat. Manifestum est omnes codices, qui nobis noti sunt, ab uno archetypo pendere, quod non solum multis annis a codice interpretis autographo remotum est, sed etiam translatoris opus aliis fortasse exemplaribus interiectis saepe corruptum saepe alteratum exhibet.

Multis in locis omnes codices lectionibus consentiunt, quae neque verbis graecis, quorum testes sunt codices graeci adhuc exstantes, respondent, neque facile aut variis lectionibus in codice graeco nunc perdito, quo translator usus est, aut errori vel libertati interpretis imputari possunt, sed ex mendis scripturae cuiusdam librarii latini originem ducunt. Librarium etiam interdum dubitavisse, quo modo hoc vel illud verbum in suo exemplari legendum esset, cognoscas in quibusdam lectionibus, quae ab

[1] Alberti Magni, *Opera Omnia*, ad fidem codicum manuscriptorum edenda apparatu critico notis prolegomenis indicibus instruenda curavit Institutum Alberti Magni Coloniense Bernhardo Geyer praeside. Tomus XVI, Pars I: *Metaphysica*, libros quinque priores edidit Bernhardus Geyer, Monast. Westf. 1960; Tomus XVI, Pars II: *Metaphysica*, libros VI-XIII edidit Bernhardus Geyer, Monast. Westf. 1964.

omnibus codicibus asservatae sunt (ex. gr. **88**.22 : « proprietate vel potestate » ; **258**.10 : « homo vel non » ; cf. **57**.29 **246**.2).

Ut lector benevolus de eis quae diximus ipse iudicet, ex istis archetypi mendis multis, quae in apparatu critico commemoravimus, exempla quaedam adducimus. Menda archetypi voco illa, quae aut in omnibus codicibus inveniuntur, aut etiam in plurimis tantum, sed ex quibus menda aliorum codicum orta esse videntur. In tabula quae subsequitur, inter verba graeca et verba latina quae in archetypo fuisse patet, ea verba uncis quadratis inclusa posuimus, e quibus lectiones archetypi depravatas originem duxisse arbitramur ; si illae coniecturae nostrae in codice quodam iam prima manu factae sunt, codicis sigla addidimus :

	Graecum	[Coniecturae]	Archetypum
16.13	ἐοίκασιν	[visi sunt]	usi sunt
17.4	ἐπῶν	[epis (?)]	elementis
18.18	τιθέασιν	[ponunt]	possunt
18.19	ἐμπίπτουσιν	[cadunt]	claudunt
22.5	μιμήσει	[imitationem]	immutationem
22.6	μίμησιν	[imitationem (*Ko*)]	immutationem
23.3	τράπεζα	[mensa]	mensura
23.5	μιμήματα	[imitationes]	mutationes
29.22	ἀλλὰ	[sed]	secundum
30.2	εἰ ἔστι	[si sunt]	simul
31.6 **45**.17	ἅμα	[simul]	similiter
47.22	ἅμα	[simul]	similiter
56.18	γῆ	[terra]	cetera
57.29	τις	[aliqua]	aliqua vel alia
62.19	τι	[quid]	quidem
62.22-23	εἰ πολλαχῶς	[si multipliciter]	simpliciter
67.1	ὅτι	[quod]	quidem
67.8	τὰ τοιαῦτα οὐ	[talia non]	talium
71.17	αὗται	[ee]	esse
72.7,20	ἅμα	[simul]	similiter
73.5	ἄνθρωπον^{1,2}	[hominem^{1,2} (?)]	bonum^{1,2}
73.11-12	εἰ μὴ	[si non]	sive
75.19	ἀνθρώποισιν	[hominibus]	omnibus
78.4	ἀλλ'	[at]	aut
79.2	ἀλλ'	[sed]	secundum
79.22	ἀλλ'	[at]	aut
88.22	δυνάμεως	[potestate]	proprietate vel potestate
91.2	τῶν καθόλου	[universalium (?)]	universali in
101.28	τι	[quid]	quidem
105.25	κατὰ φύσιν	[secundum naturam]	sed natura
107.10	ἐν αὐτῷ	[in eo]	modo
109.19	ἐπικείμενα	[superposita]	supposite
109.22	αὐτοῦ	[suum]	substantiam

	Graecum	[Coniecturae]	Archetypum
109.23	ἑπομένως	[consequenter]	communiter
112.16	ἄνθρωπος	[homo]	hoc
113.8	ὁμοειδές	[conforme]	et forme
114.7	μηδὲ	[nec esse (?)]	necesse
117.27	ταῦτα	[ee]	esse
121.6	ἐὰν διψήσῃ	[si sitit (?)]	facit
121.13	εἰ	[si]	sine
126.15	τι	[quid]	quidem
127.20	λόγον	[rationem (+ ratio enim *Sc*)]	ratio enim
128.3	λόγος ἐστὶν	[ratio est]	rationem
129.5	ὡσαύτως	[similiter]	simpliciter
132.12	ἀλλὰ	[sed]	si
133.8	φύσις	[natura]	materia
133.23	θερμότητα	[calorem]	calor est
138.13	κίνησιν	[motu]	modo
142.21	ψυχὴ	[anima]	omnino
146.2	ἅμα	[simul]	similiter
149.8	φησιν	[ait]	aut
151.15	ἀπέλθῃ	[abeant]	habeantur
151.22	δ'	[sed]	si
152.1	πάντα	[omnia]	communia
152.20	ὅρον	[terminum]	tantum
153.6	βίᾳ	[vi]	in
154.16	σύντομον	[(est) breve (?)]	est verum
155.4	ὕλην	[materiam]	naturam
159.20	κεχρῆσθαι ὥσπερ	[utentia sicut aut (?)]	ut entia et sicca ut
163.2	οὕτως	[sic]	fit
165.21	σωρὸς τὸ πᾶν	[coacervatio omne]	coacervatione
166.21	τί ἐστιν	[quid est]	quidem
167.9-10	διαφοράν. ἔστιν	[differentiam est]	differentia inest
175.25	χαλκός	[es]	res
177.24	οὕτω	[sic]	sit
178.4	τοῦ τέλους	[finis]	huius
180.8	παρεῖναι	[adsit]	ad sic
181.2	ἐπὶ τῶν κακῶν	[in malis]	in aliis
183.8	κατὰ	[secundum]	sed
185.3	ὡσαύτως	[similiter]	simpliciter
192.6	ὡς	[ut]	in
192.6	ἐσχάτων	[ultimorum]	universalior
193.10	ὅλως	[omnino]	non
196.8-9	συναπόφασίς ἐστιν	[connegatio est]	in negatione
196.11	συναποφάσεις	[connegationes]	cognitiones
196.15	εἴπερ	[si]	sed
206.15	χαλκός	[es]	est
207.9	εἴπερ ἐπὶ	[si in]	sine
208.5	νοητῶν	[intellectualium]	intellectu aliud
209.3	πλίνθοι	[cementum (*cf. indicem*)]	unum
210.4	σοῦ	[tui]	cui
210.10	σὴ	[tua]	tria (tertia *aliqui*)
210.10	ἐμή	[mea]	in ea
212.13	μέλλει	[melodio *pro* μέλει (?)]	semel odia (-io *Ll*)

	Graecum	[Coniecturae]	Archetypum
214.24	*ὑπολαμβάνουσιν*	[suscipiunt]	sufficiunt
219.9	*πρὸς τὴν χρῆσιν*	[ad usum]	adversum
219.12	*νομίσειεν*	[existimarunt]	existimare erunt
219.14	*τέχνης*	[arte]	ante
219.21	*ἀλλ'*	[sed]	si
220.18	*ποιητικῶν*	[poeticis]	potentiis
222.2	*φαύλου*	[inertie]	inerentie
222.3	*κακὸν*	[pravum]	purum (ponunt *Ll*)
226.6	*μετὰ*	[post]	prius
232.15	*οὔπω*	[nondum]	modum
232.16	*δύο*	[duo (ῗι)]	numero
232.24	*καθ' ἕκαστα*	[singulorum]	sillogismorum
234.22	*λίαν*	[nimis]	minus
235.25	*ἄλλη τις*	[alia aliqua]	ab aliqua
237.2	*πάσας*	[omnes]	potest
240.12	*σύγκεινται*	[componuntur]	opponuntur
244.11	*τῶν ἑνῶν*	[unorum]	virorum
244.22	*ἐκείνως*	[in illo modo (?)]	nullo (ullo *aliqui*) modo
246.6	*δυοποιὸς*	[duopoius]	duo prius
246.24	*ἅμα*	[simul]	similiter
248.7	*τῆς ὕλης καὶ*	[materia et]	una
250.15	*εἰ μία*	[si una]	sive (sine, si non *aliqui*)
258.10	*ἧκιστα*	[non]	homo vel non
258.11	*γενῶν*	[generum]	granum
258.14	*λίαν*	[nimium]	minimum
259.10	*κινηθέντος*	[moto]	modo
262.7	*ἀλλὰ*	[at]	aut
265.18	*ἔσονται πάντα*	[erunt omnia]	erit anima
267.7	*χροιᾶς*	[colore]	calore
267.23	*ἀπορίαν*	[dubitationem]	dubitatio enim
268.7	*ποιηταὶ*	[poete]	potestate
271.15	*ἄνθρωπος*	[homo]	hunc (hoc *Re*)
273.14	*δύναται*	[potest]	predicatur (potentia *Ws*)
274.	*εὖ*	[eu]	eum (cum *aliqui*)

Non solum errores vel menda, quae nostris codicibus communia sunt, sed et alia nonnulla indicio sunt fuisse quoddam archetypum quod a textu interpretis haud parum dissentiret. Codices omnes scilicet, ut iam supra (p. XV) dictum est, si quidem librum primum continent, usque ad **9**.27 (982a23) sine ullo signo exteriore non translationem Anonymam sed translationem Compositam praebent. Praeterea quibusdam in locis textum Aristotelis amplificant verbis vel partibus propositionum, quae ex translatione arabico-latina — sive ex commento Averrois sive ex textu Aristotelis — sumpta esse apparet. De duobus locis iam supra (p. XXX-XXXI) dictum est. Alii quidam eandem originem videntur habere (ex. gr. **91**.27 **92**.5 **95**.4 **121**.22 **141**.14(?) **205**.6(?) **221**.18(?)).

Ex his patet, omnes libros latinos in unum archetypum reducendos esse, cuius librarius (1) multis mendis — sive quia scriptura sui exemplaris iam corrupta erat sive quia eam male comprehendit — peccavit, (2) initium translationis Anonymae, fortasse in suo exemplari mancum, e translatione Composita supplevit, (3) quaedam verba translationis Scoti — forsitan ex glossis in suo exemplari contentis — in textum introduxit. Ex iis quae secundo et tertio loco diximus, concludendum est archetypum post translationem Compositam (ante annum 1236 factam) et post translationem Scoti (inter annos 1220-1236) scriptum esse.

3. *Quomodo codices inter se cohaereant.*

Quomodo codices, quos omnes aut totos aut partim contulimus, inter se cohaereant, difficile est discernere. Omnes enim vel paene omnes affinitatibus compluribus et diversis inter se connexi sunt, quae non sibi constant, sed in variis partibus variae sunt. Adde quod omnes fere codices sive soli sive una cum aliis hic vel illic lectiones praebent, quae aut ex aliqua ceterarum translationum derivatae sunt, aut sive ex coniectura cuiusdam emendatoris sive ex contaminatione cum exemplo quod melius est quam totius memoriae archetypum, originem ducunt. Exempla harum rerum infra adferentur.

Sed antea animadvertendum est nullum codicem inveniri posse, qui solus multo plus valeat quam ceteri eo quod propinquissimus sit archetypo per totum opus. Nonnulli tamen codices, quorum alii aliis inferiores non sunt, aliquanto meliores sunt quam ceteri, cum in locis in quibus codices ab invicem differunt — si menda singularia excipias — saepius quam ceteri lectiones praebeant, quae cum Metaphysicorum verbis graecis consentiunt vel in archetypo translationis fuisse ex quadam ratione manifestum est. Hi sunt in libris I-XII : *LlScTaPx* ; in libris XIII-XIV, ubi *Ll* deficit alii tamen accedunt : *ScTaBüRe*.

Primum (A) de codicibus qui textum totum vel fere totum continent, tractabimus praetermittentes codicem *Ny*, scilicet de *LlScTaWsPxKoBgVuCn* ; deinde (B) pauca de codice *Ny* dicemus, et quaedam insuper de codicibus *Bþ* et *Nq*, qui priorum librorum partes tantum continent ; postremo (C) de codicibus *BüCdEdPjPkReSy*, qui ultimos libros tantum vel maiores partes eorum continent, disseremus. — Reliquorum codicum, *Mn* et *Oä* scilicet, qui duodecimi tantum libri paucos versus habent, atque

BuFlTe, qui partes textus aliquas tantum secundum translationem Anonymam easque recensione Guillelmi valde contaminatas praebent, mentionem non faciemus.

A. *De codicibus LlScTaWsPxKoBgVuCn*

Primum (A.1) quomodo ei codices in duobus libris posterioribus, etiamsi *Ll* hic deficit, inter se cohaereant, tractemus, quia affinitates eorum, si *Ll* excipias, in libris XIII-XIV magis perspicue quam in reliqua operis parte discerni possunt. Quamquam textus hic valde corruptus est, contaminationes in his libris rarius quam in ceteris inveniuntur, quod mirum non est, si consideres, duos libros posteriores, quibus subtilissima et difficillima numerorum idearumque doctrina exponitur, rarius exploratos vel commentariis illustratos esse, et in codicibus qui ad nostram permanserunt aetatem, perpaucas textus librorum XIII-XIV adnotationes correctionesque inveniri, cum prior operis pars adnotationibus et emendationibus scateat. Deinde (A.2) de codicum supra nominatorum cognationibus in libris I-XII disseremus.

A.1 : *Libri XIII-XIV*

[1] Inter hos codices eminet *Sc*, quod plurimis in locis genuinum textum contra ceteros servat (vide sub [2]), et quod pauca menda ei communia sunt cum aliis, si excipias ea quae ex archetypo derivata sunt et ea quae infra sub [4] indicantur.

[2] Codices *TaWsPxKoBgVuCn* permultis in locis, in quibus *Sc* solus — si alios codices de quibus infra (C.) dicendum est excipias — vera Metaphysicorum verba servat, eodem modo errant. Ex gr. [1] :

225.9 commune] + ibi **226**.2 de] que 18 dividitur] dicitur **230**.7 quia] + non 26 linee ... numeri] *tr.* **232**.2 susceperunt] -ipiunt **237**.3 et] ex **239**.20 omnes] dicimus **240**.1 uno[2]] *om.* **242**.17 ex[3]] *om.* 24 mirum] videntur **243**.24 hiis] habens **244**.13 enim] vero 22 non[1]] *om.* **245**.27 in super-] numerum **259**.6 et[1]] aut 16 eis] hiis **260**.3 est[1]] *om.* **261**.1 simul vadat] *tr.* **263**.6 materiam] naturam **264**.18 esse] *om.* **272**.2-3 materia ... ratio] *tr.* 3 et] nec 7 aquosum] aquo sunt

[1] Ad exempla quae hic et infra adhibemus recte legenda commemorandum est codicem *Vu* inde a **237**.19 (XIII.6) deesse.

Sed nonnullis in locis contra *Sc* (et alios) bonas lectiones praebent (ex. gr. **228**.16 **230**.22 **233**.22 **249**.5 **257**.5 **263**.20 **271**.19). Ex quibus patet codices *TaWsPxKoBgVuCn* in libris XIII-XIV ab uno eodemque hyparchetypo pendere, quod tamen ab archetypo aliquantum distat.

[3] *PxKoBgVuCn* inter se artius coniuncti minorem familiam constituunt, quod ex permultis lectionibus contra consensum reliquorum codicum corruptis manifestum est. Nonnulli horum locorum hic recensemus :

227.2 preter — lineas] *om.* 5 eadem] *om.* 7 simul] *om.* 21 similiter] *om.* **228**.12 vero] non **232**.5 ceu] *om.* 10 que] *ante* ab **233**.10 autem] namque **235**.23 iterum] rerum **239**.4 vero] *om.* **251**.18 punctum] *om.* 19 -libet] hoc **263**.4 aliam] -ud 6 materiam] naturam 9 et²] in 11 at] ad (*cf. etiam* **247**.14 **252**.10 **269**.5)

[4] Similitudo quaedam intercedit inter *Ta* et *Ws*. Ex. gr. :

230.25 hee] *om.* **232**.17 sunt] *post* ambo **235**.14 hoc modo] *om.* **236**.12 uni] -um **237**.2 horum] + in **238**.15 ydee] -a **241**.5 non] + enim **242**.3 fiunt] erunt **243**.11 substantie] -am (*vide etiam* **229**.3-4 **231**.20 **243**.23 **244**.17 **245**.23 **246**.13 **251**.8)

Accedit quod *TaWs* in prima parte libri XIII aliqua communia habent cum *Sc*, quorum nonnulla alicuius momenti sunt, quia non sunt menda scripturae proprie dicta sed correctiones vel coniecturae tam bonae quam malae, quae ex fonte communi non mediocriter correcto originem ducere videntur :

225.14 sed] + differunt *ScTaWs* **226**.2 sunt] + et *ScTa* : et *Ws* **227**.18 genera] + diversa *ScTaWs* **229**.12 albo] -i *ScTaWs* **231**.7 indivisibilia *ScTaWs*] divi- *cett.* [1] 17 mathematica scientia *ScTaWs*] -cas -ias *cett.* 19 boni] + enim *ScTaWs* **232**.13 sillogizare] -ice *ScTaWs* **233**.4 secundum *ScTaWs*] sed *cett.* **234**.2 substantia] scientia *ScTaWs* **239**.6 unum] + erit *ScTaWs*

Fontem codicum *TaWs* correctum vel contaminatum esse lectiones etiam conflatae, quae in *TaWs* inveniuntur (cf. **226**.7) patefaciunt.

[5] *Ta* suo modo ex exemplo correcto pendere videtur, quia nonnullis in locis sive una cum aliis codicibus (*Bii*, *Re*, etc.,

[1] Verbum « cett. » in his exemplis non solum *PxKoBgVuCn*, sed etiam reliquos codices (vide infra sub C) designat.

vide sub (C)) contra *ScWsPxKoBgVuCn* (cf. **226**.26) sive solus contra ceteros lectiones quae bonae ducendae sunt, praebet (cf. **227**.21 **229**.2 **264**.4,17 **265**.24).

[6] *Ws*, qui non semper cum *TaPxKoBgVuCn* si communiter errant, convenit, sed de exemplo correcto videtur pendere (ex. gr. **226**.6,13 **227**.21 **257**.15), etiam codici *Ko* quadam affinitate coniunctus est, cum codices *WsKo* contra ceteros eosdem praebeant errores. Ex. gr. :

251.5 aliquam] -a 6 indivisibilem] -e 14 finite] -a **269**.15 boni] -um 18-19 actu — ignis] *om.* **273**.17 et — septem (18)] *om.* **274**.4 contraria] *om.* 9 boni] -um (*vide etiam* **270**.3 **271**.17)

Non mirum ergo est, quod *Ws* interdum errando cum *KoBg VuCn* (vide infra sub [7]) contra ceteros stat.

[7] In minore familia *PxKoBgVuCn*, codices *KoBgVuCn* ab uno exemplo pendent, quod ex multis erroribus, qui eis contra *Px* et ceteros codices communes sunt, patet. Ex. gr. :

232.18 sunt] *om.* **233**.6 fieri] *post* putant **234**.18 nec[1]] non **235**.12 videbitur] -etur esse[1]] *om.* **239**.22 sint] *post* indifferentes **240**.6 ea] illa **247**.8 habitorum] alio- **249**.25 ipsis] eis **253**.17 habet] *om.* **256**.11 igitur] enim **263**.8 quomodo] + oportet (*vide etiam* **243**.3 **245**.16 **246**.4,15,19 **257**.3 **260**.5 **262**.15,16 **266**.13 **268**.14,25 **270**.17,20 **271**.17 *et alios locos in adnotatione latina, in qua tamen VuCn non commemorati sunt*)

[8] Valde propinqui sunt inter se usque ad **237**.19, a quo loco *Vu* deest, *BgVuCn*, et inde a **237**.19 usque ad finem operis *BgCn*, qui saepe contra *Ko* et ceteros codices eadem menda habent. Ex. gr. :

234.4-5 est — incorruptibilibus] *om.* **6** unum] enim 7 alia quadam] -o quedam 10 speciebus in circulis] -em sed circulus 11 autem] omne 17 ipse aut] querere ut 18 trans-] transit **235**.3 alia] ea vani-] .i. ut **236**.4 nam] anima 5 unitas ... aut] veritas ... ut 14 primum — dicunt (16)] *om.* **253**.7 movit — sensibiles (12)] *om.* **263**.12 quomodo[2]] si **266**.9 inhiantes] *spat. vac. 8 litt.*

[9] In priore parte libri XIII usque ad **237**.19, quo loco desinit *Vu*, *VuCn* inter se proximi sunt, quia non solum menda cum aliis codicibus communia habent sed etiam saepe eosdem praebent errores soli. Ex. gr. :

225.7 primum] principium **226**.4 rationibus] *om.* **227**.6 sunt[1]] *om.* **228**.4 universaliter] naturaliter 17 primum] principium

232.9 universaliter] naturaliter **234**.22 Anaxagoras] maxime **235**.6 quare] quia 18 et esse — nunc (19)] *om.* **236**.1 idem] quidem 17 aut] ut

Affinitates codicum supra nominatorum praecipuae, quae sunt in libris XIII-XIV, hac tabula delineari possunt :



TABULA 2. Affinitates codicum *ScTaWsPxKoBgVuCn* praecipuae, quae sunt in libris XIII-XIV.

Sigla bilittera : vide pp. XXXIV-XXXVII.

A.2 : *Libri I-XII*

Omnes affinitates quas supra descripsimus etiam in libris I-XII — sive in toto textu sive magnis in partibus — inveniri possunt, sed minus perspicue, cum omnes paene codices non solum his sed etiam aliis affinitatibus coniuncti sint et ab exemplis magis minusve correctis pendeant. Cum lectiones varias examinaverimus, traditiones differentes ita mixtas esse cognovimus, ut eas enodare paene impossibile esse videretur. Quaedam tamen caute dici possunt :

[1] Valde propinqui inter se sunt *Sc* et *Ll*. Pluribus in locis, praecipue in libris I-VII, soli contra ceteros codices eadem praebent menda (ex. gr. **11**.21,22 **14**.2 **24**.23 **32**.21 **37**.2 **40**.3,14 **136**.11 **148**.11 **150**.12 **153**.25 **154**.1), saepius una cum *Ws* et *Ko* vel cum alterutro eorum, ad quos nonnumquam *Ta*, praecipue in libris VIII-XII, accedit, id quod, si apparatum lectionum contuleris, satis clare apparebit. Nonnullis in locis *ScLl* soli genuinam lectionem contra ceteros servant (vide infra sub [9]), multis in locis una cum *TaWsKo*, vel cum aliquo eorum. In initio operis

hic illic una cum *Ko* vel cum *KoWs* lectiones praebent, quae ex translatione Guillelmi sumptae esse videntur (ex. gr. **8**.9 **16**.13 **17**.9 **18**.8 **25**.8). Maxime distant a classe, quae codicibus *PxBgVuCn* (vide infra sub [8]) constituitur.

[2] Minus tamen distat ab hac classe *Sc* quam *Ll*. Aliquibus in locis, praecipue in libris V-VII, *Sc* cum *PxBgVuCn*, vel cum aliquo eorum, saepe una cum *Ta*, contra *Ll* stat (vide sub [3]). Codicem *Sc* ab exemplo quodammodo correcto pendere ex aliquibus locis (ex. gr. **106**.12 **127**.20 **130**.11 **225**.13) patet. Aliquando solus contra ceteros bonas lectiones adservat (cf. **11**.17 **26**.3 **81**.22 **94**.24 **112**.4 **184**.19 **156**.16).

[3] Proprie affines inter se sunt *Ll* et *Ko* cum falsas tum bonas lectiones soli praebentes (cf. **7**.25 **8**.24 **16**.15 **29**.23 **82**.17,19 **128**.11 **133**.11 **135**.10,23 **152**.9 **167**.11 **169**.15,24 **171**.22 **177**.22 **178**.2 **187**.15 **195**.6 **200**.11), et in aliquibus partibus operis *Ll KoWs*. A fine libri IV usque ad finem libri VII et in aliis locis *LlKoWs* (a **92**.27 usque ad **110**.22, ubi *Ko* deficit, *LlWs*) contra reliquos codices nonnullas bonas lectiones praebent compluresque alias communes habent, quae non neglegentia sed aut arbitrio vel consilio librarii cuiusdam aut contaminatione cum alia Metaphysicae conversione ortae esse videntur (cf. **73**.17 **75**.18 **79**.24 **80**.25 **81**.16 **82**.11,18,24 **83**.5 **86**.13,24 **87**.24 **89**.27 **91**.15 **93**.10 **94**.26 **95**.11 **98**.1,11 **99**.25 **102**.5,21,24 **103**.11 **104**.1 **106**.22 **109**.15 **111**.11 **112**.14 **115**.9 **118**.6 **122**.1 **136**.24 **140**.2 **152**.20).

[4] Codex *Ll* suo modo ab exemplo quodammodo correcto et adnotationibus ornato videtur pendere. Lectiones saepissime altera manu, interdum manu prima scriptas habet, quae ex aliis translationibus, scilicet Iacobi vel Guillelmi, derivatae sunt (ex. gr. **22**.3 **31**.2 **38**.7 **123**.4,6,22 **124**.2,3,6,11 **126**.16 **133**.7 **180**.18 **195**.7 **221**.12). Praeterea lectiones proprias et verba ad textum addita quae cum commento Alberti Magni videntur cohaerere (ex. gr. **52**.11 **54**.17 **96**.1 **132**.8 **134**.18 **174**.22), aliquando contra reliquos codices lectiones, quas bonas esse existimamus, vel lectiones, quae cum textu graeco modo quodam consentiunt (cf. **66**.4 **69**.4 **155**.12), praebet, quarum aliae etiam in translatione Guillelmi inveniri possunt, aliae non (cf. **44**.15 **90**.1 **93**.16 **98**.18 **133**.7 **162**.18 **179**.17 **190**.14 **207**.13 **208**.11 **221**.19).

[5] Maxime cognati sunt, ut ex apparatu lectionum facile perspici potest, *WsKo*, quod eis solis plurima menda communia

consensum (ex. gr. **7**.25 **13**.11 **20**.12 **41**.11 **45**.25 **87**.21 **101**.15 **152**.10 **155**.15 **160**.26 **161**.16 **162**.1 **163**.5 **171**.1 **173**.10,18 **175**.23 **182**.16 **201**.8 **203**.4 **205**.3 **213**.18 **218**.21 **219**.5 **220**.9).

In libris VIII-XII, rarissime alibi, *PxBgVuCn* vel (inde a **201**.9) *PxKoBgVuCn* non solum mendis propriis coniuncti sunt, sed etiam nonnullis in locis recta Metaphysicorum verba contra ceteros codices praebent (ex. gr. **163**.26 **164**.14 **169**.24 **173**.11 **177**.6 **185**.12 **188**.15 **191**.19,22 **192**.16 **197**.8).

Animadvertendum tamen est codicem *Px* non raro quoque eodem modo errare atque *VuCn* (vel post **201**.9 *KoVuCn*) solos, cum codex *Bg*, praecipue in libro V, interdum alibi, cum ceteris codicibus recta lectione consentiat (ex. gr. **82**.22,23 **85**.14 **86**.1, 2,10 **100**.7 **160**.12 **193**.6 **207**.9 **215**.20), quo confirmatur illa opinio nostra codicem *Bg*, qui in libris I-XII altera manu assidue ad translationem Guillelmi correctus est, prima quoque manu ab exemplo aliquo correcto et traditione ex qua codices *LlSc* pendent contaminato provenisse.

Accedit quod codex *Px* non solum in textu saepe cum *BgVuCn* vel *VuCn* stat, sed etiam saepius inter eius lineas lectiones sive manu prima sive altera (Px^2) scriptae inveniuntur, quae cum mendis codicum *BgVuCn* vel *VuCn* consentiunt.

Codicem quoque *Px* ex exemplari, quod contaminatum et ad translationem Guillelmi vel alio modo correctum erat, transcriptum esse apparet his : **10**.20 **136**.2 **213**.20 **214**.12 (vide etiam **15**.5 **26**.21 **31**.20 **174**.26).

[9] Familia, quae in libris XIII-XIV codicum *TaWsPxKoBg VuCn* est, etiam in libris I-XII, quamvis minus perspicue quam in libris XIII-XIV, distingui potest, si *Ko*, qui ante finem libri X maxime contaminatus est, excipias. Quibusdam in locis his codicibus eadem menda insunt contra *LlSc* vel *LlScKo*. Ex. gr. :

31.13 quid] quidem **32**.11 sunt] sint **42**.20 de] *om.* **44**.18 enim] *om.* **93**.23 punctus] -um **126**.6 hee] hec *vel* hoc **139**.4 est] + ex **147**.16 bipes] *post* habens[1] **150**.4 substantias] -arum **152**.2 participabilis] -alis **159**.6 aut[2]] *om.* **203**.1 et[1]] est

Saepius tamen *TaWs*, sive uterque sive alter uter, non cum quattuor codicibus *PxBgVuCn* stant, sed cum uno vel duobus vel tribus eorum, ut :

10.26 persecuti] con- *TaWsPxKo*[1] **12**.12 et[2]] *om. TaWs*[1]*Ko*[1] *Bg*[1]*Cn* **12**.26 musicus] -um *TaWsPx*[2]*BgVuCn* **92**.14 indi-

visibilis] + est *TaWsPxKo* **110**.24 dicunt] -untur *TaWsPxBg* **111**.21 cera] causa *TaWsPx*[1]*Vu*, (?)*Ko*[1] : /// *Cn*[1] **153**.10 esse] omne *TaWsPxVuCn* **181**.20 autem] aut *TaWsPxKo* : *om. VuCn*[2] **192**.1 differre] -erentie *TaWsPxKoBgCn*[1]

16.27 in] *om. TaPxBgCn* : *post* sunt *Vu* **21**.14 sed — esse (15)] *om. TaPxBg*[1]*Cn*[1] **23**.21 plures] -a *TaPxBgVuCn* **27**.23 a phys-] amphys- *Ta*[1]*BgVu* **37**.11 non] in *TaPx* : om. *BgVuCn* **85**.15 ut *om. TaPxBgVuCn* **151**.12 nomini-] omni- *Ta*[1]*Bg*[1]*VuCn*[1] **184**.14 ferentie] circumfe- *TaBgCn* : *om. Vu* **187**.18 super-] sup- *TaPxBgVuCn* **200**.5 erit] *om. TaPxVuCn* **205**.6 oppositis] + in alia (-o *TaKo*) in situ *TaPxKo*[1]*BgVuCn* (*cf. transl. Scoti*) **215**.10-11 infinita ... finita] tr. *TaPxKoBgVuCn* **221**.18 absurda] + impossibilia *TaPxKoBg*[1]*VuCn* : [*Ws*] : (*cf. transl. Scoti*)

142.19 insunt] sunt in *WsPxVuCn* **143**.1 et] aut *WsPxVuCn* 4 nichil] + etiam *WsPxCn* : + hoc *Vu* **146**.14 primum animal] *tr. WsPxVuCn* **149**.21 dictum est] *tr. WsPxBgVu* : [*Cn*] **155**.25 causa prima] -am primam *WsPxBgVuCn* **159**.3 ergo] autem *WsPxBgVuCn*

Ut ex his exemplis apparet, familia codicum *(Ta)(Ws)Px(Ko)BgVuCn* non solum mendis propriis sed etiam amplificationibus (cf. **205**.6 **221**.18) ex translatione arabo-latina fortasse sumptis et per glossam aliquam marginalem in textum ingressis quodam modo designari potest.

[10] Ex his, quae in [1] et [9] diximus, patet codicem *Ta*, quem cum *Ll*, *Sc* et *Px* in codicibus melioribus numeramus, non solum quodam modo cum fonte, ex quo *PxBgVuCn* et inde a fine libri X *Ko* derivati sunt, coniunctum esse, sed etiam non raro una cum *WsKo*, sive cum utroque sive cum alterutro, accedere ad *LlSc*, propius quidem ad *Sc*. In initio operis ac praecipue in libris VIII-XII vitia ei communia sunt cum *LlSc*, ad quos aliquando alii codices accedunt (ex. gr. **14**.9,23 **24**.1 **26**.25 **27**.10 **30**.11 **33**.26, vide etiam adnotationem latinam libris VIII-XII adiectam) ; interdum lectiones conflatae ei insunt (cf. **128**.19 **181**.20 **217**.3 **220**.23), nonnumquam verba ex translatione Scoti sumpta et adnotationes aliunde exscriptae textui translationis Anonymae additae sunt, aliquando inveniuntur lectiones tam bonae quam malae, quibus indicatur fontes codicis *Ta* correctos, contaminatos, coniecturis, glossis adnotationibusque affectos esse (cf. **84**.13 **103**.9 **106**.24 **120**.14 **152**.7 **171**.3,22 **172**.4,5 **203**.10 **212**.22). Manus altera saepius et praecipue in libris posterioribus scripsit lectiones vocabulis « alia » vel « in alia » signatas, quae cum lectionibus codicis *Sc* variis cohaerent.

Ex his quae exposuimus satis intellegi posse putamus propinquitates quasdam, non certas cognationes a nobis descriptas esse. Aliae affinitates codicum nonnullorum sive in toto opere sive maioribus in partibus sive in singulis maioris momenti lectionibus inveniri possunt, alio modo eae quas descripsimus explicentur. Tabula ergo, quam addidimus, non putanda est esse stemma sed forma et imago affinitatum praecipuarum :



Tabula 3. Affinitates codicum *LlScTaWsPxKoBgVuCn* praecipuae, quae sunt in libris I-VII.

Sigla bilittera: vide pp. XXXIV-XXXVII. Alia sigla: vide p. 3.

B. *De codicibus Ny, Bp, Nq*

[1] Codicis *Ny*, qui solus praeter eos quos supra commemoravimus totum textum continet sed innumerabilibus fere mendis scatet, libros I, V, VII tantum contulimus, in quibus codici *Ta* arte cognatus est. Omnes paene lectiones variae, quas *Ta* vel solus vel una cum aliis praebet, etiam in *Ny* servantur (compares lectiones e codice *Ny* in appendice, pp. **294-295**, adductas cum adnotatione latina textui subiecta). Accedit quod in libro V *Ny* uno eodemque modo atque *Ta* partem capituli

alterius et vicesimi atque initium capituli sequentis in capitulum sextum decimum (**106**.7) transposuit et notam marginalem, quae in codice *Ta* (f. 186r, ad **106**.7) ad ordinem harum particularum operis spectat, in textum ipsum inseruit (f. 20ra,b, ad **106**.7). Quibus commoti codicem *Ny* in partibus certe quas contulimus e codice *Ta* nonnullis exemplaribus interpositis pendere coniecimus.

[2] Codex *Nq*, qui dimidiam partem libri I tantum continet, permulta menda habet communia cum *LlSc*, complura cum *LlScKo*. Varias codicis *Nq* lectiones infra in appendice (p. **291**) invenies.

[3] Codex *Bp*, qui in libro I et initio libri II, quas partes solas praebet, saepe una cum *Ko* nonnumquam etiam una cum *LlScKo* codici *Ws* proximus est, cum *WsKo* ex stirpe communi videtur pendere. Compares appendicem, pp. **291-294**, cum adnotatione pp. **7**.3-**37**.13 subiecta.

C. *De codicibus BüCdEdPjPkReSy*

Horum codicum, qui ultimos libros tantum continent, tres, *BüRePj*, totos, ceteros in priore libri tertii decimi parte contulimus, in reliqua operis parte multis locis singularibus inspeximus.

[1] Codex *Pj* affinitate quadam iunctus est cum familia, quae ex *TaWsPxKoBgVuCn* in libris XIII-XIV constituta est (vide supra p. XLIII sub [2]). Complures lectiones falsae, quae his codicibus communes sunt, etiam in *Pj* inveniuntur. Ex. gr. :

225.9 commune] + ibi **226**.2 de] que **227**.18 aut] ad **230**.1 esse] *om.* 7 quia] + non 10 est] + et 11 sani] -um **232**.2 susceperunt] -ipiunt 9 hic] est (om. Ko^1Bg) **241**.12 quando] quare **246**.13 vero²] non **248**.19 vero] non **250**.11 facit] *ante* aliud **263**.9 et²] in 11 at] ad

Quibus locis alii addendi sunt, in quibus *Pj* non cum omnibus sed cum pluribus huius familiae codicibus (praecipue cum codicibus *PxKoBgVuCn*) erroribus coniunctus est (ex. gr. **228**.12 **231**.14,23 **232**.7 **233**.10 **235**.5 **236**.10 **241**.12 **244**.17 **252**.2,10 **267**.1 **269**.17 **270**.15).

At non semper cum erroribus huius familiae codicum concordat, sed quodam modo medium locum inter eos et ceteros, de quibus nunc dicendum est, tenet.

[2] Codices reliqui, *BüCdEdPkReSy* scilicet, inter se quodam modo coniuncti sunt et saepius una cum *Sc* contra *TaWsPx KoBgVuCn*, ad quos non raro accedit *Pj* (vide sub [1]), concordant, plerumque si bonas lectiones contra eos servant (cf. supra sub [1] et p. XLIII sub [2], etiam **227**.13 **229**.24 **230**.14 **235**.15 **240**.7 **244**.17 **246**.9 **251**.2 **258**.13 **260**.17 **263**.4,9,11 **273**.9), nonnumquam si errores praebent, ex. gr. :

224.12 dicunt] + eas (+ *Sc*) **225**.8 est] om. (-*Pk*) **228**.18 fit] + valde **229**.7 homine] -es **230**.22 simplex est] *tr.* (+ *Sc*) **231**.22 hec] hee (+ *Sc*) **233**.22 vero necessarium] *tr.* (+ *Sc*) **240**.7 et] *om.* (+ *Sc*) **249**.5 non] nec (+ *Sc*) **252**.2 speciali] spirituali (+ *Sc*, — *Ed*) **259**.7 mutatio] corruptio (+ *Sc*) **263**.20 si] sed (+ *Sc*) **270**.2 se] *om.* (+ *Sc*) **271**.19 aque] atque *BüEdPkSy* (+ *ScPx*) : atque aque *Re*

Ex quibus coniecimus, quod ad totam memoriam translationis Anonymae in libris XIII-XIV attinet, duas classes distingui posse, quarum alteri quae aliquanto melior est, codices *ScBüCd EdPkReSy*, alteri codices *TaWsPxKoBgVuCnPj* attribuendi sunt, ita tamen, ut inter codices duarum classium variae coniunctiones inveniantur.

[3] Codicibus *Re* et *Ed* nonnulla alicuius momenti sunt communia, quae non sunt menda proprie dicta (ut sunt ex. gr. **226**.1 quodsi] quod **227**.9 oportebit] -ebat **228**.17 unum] unde **245**.12 quidem] quis), sed lectiones, quae correctione quadam ad translationem Guillelmi ut credimus facta in hos codices penetraverunt (cf. **259**.6 crementum] augmentum) et non raro vera Metaphysicorum verba contra errores ceterorum codicum restituerunt (cf. **234**.8 **235**.13 **241**.18 **257**.21). Aliquando *ReEd*, vel etiam *Re* solus, lectiones conflatas habent (ex. gr. **253**.11 **271**.19). Adde quod *Re* interdum solus contra ceteros codices bonas lectiones adservat (ex. gr. **242**.23 **243**.25 **249**.16 **256**.12 **257**.3 **261**.1 **263**.7), quo patet eum suo modo de exemplo correcto pendere, nisi librarium codicis *Re* ipsum has lectiones (et alias) recte coniecisse credas.

[4] *Bü* inter meliores codices ducendus est. Non tot errores proprios habet quot plerique codices supra laudati, interdum solus contra ceteros bonam lectionem adservat, non raro cum paucis aliis codicibus genuinum textum praebet (cf. **229**.24 **230**.14 **232**.5 **243**.6 **244**.21 **254**.4 **256**.10 **263**.11,20 **265**.2 **266**.19,22 **269**.1 **270**.14).

Si, quae hic et supra, pp. XLIII-XLVI, diximus, sub uno aspectu ponimus, hoc modo affinitates omnium codicum libros XIII-XIV praebentium praecipuas delineari possunt :



TABULA 4. Affinitates omnium codicum (excepto codice *Ny*) ultimos libros praebentium praecipuae, quae sunt in libris XIII-XIV.

Sigla: vide pp. XXXIV-XXXVII et p. 3.

4. *De textu translationis Anonymae restituendo.*

Ad textum restituendum omnibus codicibus usi sumus qui supra p. XLIII sub (A) enumerati sunt. In ultimis libris insuper codices *BüRePj* semper adhibuimus. Ceteros codices hic vel illic praecipue in libris posterioribus consuluimus.

In translatione Anonyma edenda nobis erat propositum, in textu ipso pristinam formam operis, quamquam multis in locis a textu divulgato differt, quam fieri poterat restituere, in apparatu autem lectionum variarum amplum memoriae operis testimonium praebere. Animadvertendum ergo est verba quae media aetate vulgo legebantur et explanabantur saepe non in textu sed in apparatu lectionum reperiri.

Prima nobis ratio cum in singulis lectionibus eligendis tum in textu interdum coniecturis emendando fuit concordia translationis textusque graeci ; in quibus autem comparandis et lectiones varias graecas quae in editionibus commemorantur, et eas quae fortasse in uno aliquo exemplari exstiterunt, nobis autem ignotae sunt, semper respeximus. Ratio altera est genus scribendi et verborum usus interpreti proprius, qui alio loco late examinatus

est [1]. Tertia ratio, quae cum duabus prioribus quodam modo coniuncta est, ex eis quae de cognationibus valoreque codicum in capitibus praecedentibus diximus, sequitur.

Sed iudicium multis in locis tam difficile erat, ut nonnumquam textum restituendi spem paene abiceremus : primum, quia tota memoria, ut iam supra ostensum est, pessima est et omnes codices non solum multis mendis foedati sed etiam plus minusve et inter se et cum ceteris Metaphysicae conversionibus contaminati sunt, deinde, quia interpres textum graecum saepissime, si eius opus cum aliis translationibus comparare velis, arbitratu suo et sua licentia latine vertit, saepius etiam verborum graecorum formarumque eorum grammaticarum et constructionis sententiarum graecarum ignarus videtur fuisse. Quapropter dubium saepe erat, utrum bona lectio huius vel illius codicis textui translatoris attribuenda esset an ex correctione quadam vel contaminatione provenisset, et utrum lectiones quae ab Aristotelis verbis graecis videntur abhorrere erroribus librariorum quorundam an licentia vel imperitia interpretis ortae essent.

Quomodo textum restituere conati simus, intellegi potest ex his :

[1] Si plures lectiones ita inter se differunt, ut una sive cum lectione textus graeci, quae in codicibus graecis invenitur, sive cum alia, quae ex eorum lectionibus facile coniectari potest, concordet, illam plerumque in textu posuimus, praecipue in locis, in quibus plures codices, et unus saltem e codicibus *TaLl ScPx* (I-XII) aut *TaScBüiRe* (XIII-XIV), ut plerumque accidit, lectionem quae cum graeco convenit, praebent. Ex. gr. :

83.5 omnia (πάντα *codd. gr.*) *LlWsKo*] contraria *TaScWsPxBgVuCn*
88.8 primum (πρῶτον *codd. gr.*) *TaLlScBg*] principium *WsPxVuCn*
89.4 hominibus (ἀνθρώποισιν *codd. gr.*) *TaScWs*] omnibus *LlPxKo BgVuCn*
122.8 quasi (ὡς *codd. gr.*) *ScBgVuCn*] quare *TaLlWsPxKo*
188.15 idem (αὐτὸ *codd. gr.*) *PxBgVuCn*] quidem *TaLlScWsKo*
188.25 idem (αὐτὸ *codd. gr.*) *ScWsPxBgVu*] quidem *TaLlKo*
208.17 irrationabilium (? τῶν ἀλόγων : τῶν ἀνάλογον *codd. gr.*) *TaScWsPx*[1]*KoBgCn*] rationabilium *Px*[2]*VuCn*[2] : irrationabile *Ll*

Etiam in locis, in quibus sive horum quattuor codicum unus solus contra ceteros sive nullus horum et reliquorum unus (vel

[1] Multa plura de hac re quam in praefatione licuit, in tractatu supra laudato (p. XXIII adn. 1) dixi : G. Vuillemin-Diem, *Die Metaphysica Media. Übersetzungsmethode und Textverständnis...*, pp. 7-69.

plures) contra ceteros lectionem praebet quae sola cum graeca consentit, eam in textum recepimus, si cum communi translatoris usu convenit et lectio ceterorum codicum neglegentiae scribarum facile tribui potest, praecipue si lectio, quae cum graeca convenit, a lectionibus aliarum translationum, Guillelmi (***g***) scilicet vel Iacobi (***j***) vel Compositae (***c***), dissentit. Ex. gr. :

11.17 Igitur ea quidem magis necessarie sunt omnes (*ἀναγκαιότεραι μὲν οὖν πᾶσαι ταύτης codd. gr.*) *Sc*] Igitur ea quidem magis necessarie inter omnes *plurimi*

19.7 enuntiavit (*ἀπεφήνατο codd. gr.*) *Ko*] enumeravit *plurimi* (: retulit ***j*** : decrevit ***c*** : enumeravit ***g***). *Vide etiam indicem graeco-lat. sub ἀποφαίνομαι*

32.14 comprehensus (*συλλαμβανόμενος codd. gr.*) *Ws*] comprehensum *cett.* (: simul acceptus ***j*** : collectus ***c g***)

92.24 una mensura (*ἓν μέγεθος*) *Ko*] *om. ceteri* (: una magnitudo ***g***). *Vide etiam indicem sub μέγεθος*

120.19 discetur (*μαθήσεται codd. gr.*) *WsKo*] dicetur *TaPxBgVuCn* : diceretur *Ll* : docetur *Sc* (: docebitur ***g***). *Vide indicem graeco-lat. sub μανθάνω*

221.19 gratiosius (*χαριεστέρως codd. gr.*) *Ll*] grossius *cett.*

243.6 quapropter (*διὸ codd. gr.*) *Bü*] que propter *Bg* : qui propter *cett.* (: propter quod ***g***). *Vide indicem graeco-lat. sub διό*

257.3 ea esse (*ταῦτα codd. gr.*) *Re*] et *Ed* : esse *ceteri* (: hec ***g***). *Vide indicem graeco-lat. sub οὗτος.*

Si tamen de his rationibus minus certi eramus, cum error ceterorum codicum graeco exemplari imputari posset vel lectio bona cum alia Metaphysicae translatione contra usum interpretis convenire videretur, eam in adnotationem reiecimus et lectionem ceterorum codicum in textu posuimus vel, quae verba recta essent, coniectavimus.

131.10 destructe (? *ἀπολλύμεναι*) *plurimi*] distincte (*ἀπολελυμέναι codd. gr.*) *WsBg*$_2$*Cn* : + id est separate *Ta*^{2} (***g***)

179.22 unde quoque (*ποθὲν ποί codd. gr.*) *scr.*] unumquodque *plurimi* : secundum unde et alicubi *Vu* (: unde quo ***g***)

195.10 contrarietatis (? *ἐναντιώσεως*) *plurimi*] contrarietas (*ἐναντίωσις codd. gr.*) *Cn*

204.19 separabile (? *χωριστόν*) *plurimi*] separabilem (*χωριστήν codd. gr.*) *Ll****g***

213.20 aliter habere *plurimi*] + quare latio prima et actus est quo movetur hanc autem contigit aliter habere (+ *ὥσθ' ἡ φορὰ ἡ πρώτη εἰ καὶ ἐνέργειά ἐστιν, ᾗ κινεῖται ταύτῃ γε ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν codd. gr.*) *Px*(***g***). *Textum codicis Px, qui hoc loco ex translatione Guillelmi suppletus esse videtur, non translationis Anonymae auctoris*

fuisse credimus : *verbum* « latio » *pro* φορά *numquam in translatione Anonyma utitur* ; *vide indicem graeco-latinum.*

249.21 rationabiliter (? εὐλόγως) *plurimi*] rationabilibus (εὐλόγοις *codd. gr.*) *Reg* : irrationabiliter *KoBg.*

[2] Si codices inter se differunt neque e graeco textu diiudicari potest quae lectio sit eligenda, cum variae lectiones latinae aut varias lectiones graecas aut unam vario modo reddant, eam accepimus, quae aut a plurimis melioribusque codicibus praebetur aut ex contaminatione orta esse putanda non est aut communi translatoris usui melius congruit. Ex. gr. :

17.2 solum (H^aE^b) *plurimi*] solis (μόνοις EA^b) *LlKo**jc***

17.9 materia (ὕλη H^aE^b) *Ta*[1]*WsPxBgVuCn*] materiam (ὕλην EA^b) *Ta*[2]*LlScKoVu*[2]***jcg***

18.7 visi sunt (ἐφαίνοντο A^b) *TaWsPxBgKoVuCn*] visa sunt (ἐφαίνετο *E*) *LlSc*

18.8 entium (ὄντων *codd. gr.*) *TaWsPxBgVuCn*] existentium *LlSc Kog* (: eorum que sunt ***j*** : rerum ***c***)

136.2 hoc[1] (τοῦτο *T*) *plurimi*] huic (τούτωι *E*) *Pxg*

204.6 aut (ἢ *E*) *TaLlScWsPxg*] postea (εἶτα A^b) *KoVuCn* ; *cf. indicem sub* εἶτα

Vide etiam **57**.18 **199**.8 **227**.21.

[3] Nonnullis in locis, sive omnes codices inter se concordant sive alii ab aliis differunt, dubitari potest, duobusne variis vocabulis unum verbum graecum auctor, si incertus erat quomodo id legendum aut transferendum esset, latine reddere conatus sit, quod quidem raro accidit neque umquam evidens est. In his locis plerumque aliam vel aliam lectionem elegimus, in apparatu scripsimus duplicem lectionem conici posse (cf. **167**.14 **198**.17 **206**.1 **244**.4 **247**.4 **251**.2 **259**.7).

[4] Locis illis non ita paucis, in quibus lectiones omnium codicum ita a textu graeco abhorrent, ut earum causa non varia lectio graeca in exemplari translatoris scripta, neque error vel socordia interpretis sed mendum archetypi latini esse videatur, lectionem latinam deperditam, ubi fieri poterat, e graeco textu coniectavimus, errores ipsos codicum latinorum considerantes, ut :

152.20 terminum (ὅρον *codd. gr.*) *scr.*] tantum *codd.*

219.9 ad usum (πρὸς τὴν χρῆσιν *codd. gr.*) *scr.*] adversum (div-) *codd.*

Plura exempla supra pp. XXXIX-XLI nominavimus. Nonnumquam coniectura nostra cum correctione, quae altera manu in

codicem quendam inserta est (saepius Bg^2, Ll^2, Ws^2), convenit (cf. **62**.22-23 **121**.22 **222**.2 et alibi).

Quod si dubitavimus, num coniectura nostra bona esset, eam in adnotatione tantum verbis « *an scrib.* ? » additis posuimus (ex. gr. **11**.28 **13**.13 **18**.10 **29**.16 **41**.16 **42**.22 **76**.23 **128**.6 **134**.25 ..).

Eos locos, in quibus textus ab omnibus codicibus traditus ita obscurus est, ut eum nullo modo sanare potuerimus, siglo † in textu signavimus (cf. **94**.29 **111**.13-14 **141**.14 **165**.23 **208**.5 **212**.13).

[5] Non raro in libris latinis vel singula vel plura verba inveniuntur, quae textum, ut est in codicibus graecis scriptus, amplificant. Ea plerumque in textum nostrae editionis recepta sunt, quia fieri potest ut in graeco exemplari quo interpres usus est iam exstiterint vel libertate translatoris orta sint (ut **13**.24 dixit, **20**.1-2 ei quod dicunt, **22**.1 et species, **37**.22 interrogati fuerimus, **47**.5 dicuntur, etc.). Nonnullas adiectiones, quas ex adnotationibus posterioribus in textum translationis penetravisse causis quibusdam apparuit, aut in adnotatione tantum commemoravimus aut in textu ipso signis [] inclusimus (ex. gr. **95**.1 **110**.17 **115**.8 **206**.21-**207**.1 **211**.24-25).

[6] Initium operis usque ad **9**.27 (982a23), quod a recensore quodam in archetypo nostrae memoriae ex translatione Composita suppletum est, in textum ipsum recepimus et litteris minoribus a reliqua parte distinximus.

[7] Verba quae in traditione latina, si eam cum graeca comparaveris, praecipue homoeoteleuti causa omissa sunt, illic tantum in textu uncis 〈〉 inclusa supplere conati sumus vel ea abesse signis 〈...〉 indicavimus, ubi omissiones in traditione latina ortae esse videntur ; cetera, quae nescimus utrum in graeco exemplari interpretis exstiterint necne, non in textu sed in adnotatione — plerumque et in graeco-latina et in latina — commemoravimus. A libro X circiter tamen usque ad finem operis verba, quin etiam textus particulae saepissime deficiunt, ut sententiae intellegi non possint ; qua de causa in hac operis parte omissiones in omnibus iis locis signis 〈...〉 in textu signavimus, in quibus textus absurdus memoria proditus est.

In verbis recte scribendis plerumque codices meliores vel consensum plerorumque codicum secuti sumus, quamvis e

libris manu scriptis, qui omnes ex medii saeculi tertii decimi archetypo pendent, scribendi modus interpretis, qui textum saeculo praecedente vertit, certe non semper agnosci possit ; interdum nostro arbitrio aliam vel aliam formam elegimus. Consuetudinem codicum secuti « e », non « ae » aut « oe », « hii », « hiis », non « hi », « his », « ti » ante vocalem, non « ci », scripsimus. « Numquam », « tamquam », « imp- », « eundem », « quendam » praetulimus, inscii utrum ipse interpres semper an aliquando an numquam ita scripserit. Ut alia quaedam exempla demus : « Tales », « Eraclitus », « Esiodus », « ydea », « ymago », « spera », « quatuor », « idemptitas », « columpna », « sompnum », « fantasia », « fantasma », « stagnum » (non « stann- »), « acrimologia » (non « acribo- ») ex consensu omnium fere codicum scripsimus, inter « farmacum » et « phar- », « Omerici » et « Homerus » variavimus. Sed « automaton », « autoantropos » etc. scripsimus, etiamsi plurimi codices « anto- » vel « antho- » habent ; « anto- » genuinam formam fuisse non credendum est. Singulas litteras « A », « B », ... quae in syllogismis Aristotelicis adhibuntur, semper maioribus litteris scripsimus, quamquam in codicibus « a », « b », ..., « $\bar{a}$ », « $\bar{b}$ », ..., vel similia inveniuntur.

Nescimus interpresne, dum saepius graeca verba latine non reddit sed describit, litteris graecis usus sit ; quod quidem simile non est veri, quia neque in translationis Anonymae Metaphysicorum codicibus qui exstant, neque in uno Physicae Vaticanae codice, qui multo vetustior est quam illi, litterae graecae vel earum vestigia inveniuntur [1].

Interpungentes et paragraphos capitulaque distinguentes, sicut in aliis Aristotelis Latini seriei voluminibus factum est, editiones graecas huius aetatis secuti sumus, nisi textus latinus, quo facilior intellectu esset, aliter nos facere coegit. Capitulorum numeros quadratis uncis inclusos inseruimus et editionis Bekkerianae paginarum, columnarum, linearum numeros et litteras in margine adiecimus.

Singulorum librorum titulos supplevi, quamvis sciri non potest, interpresne singulis libris titulos et subscriptiones addiderit, nec, si id fecerit, quibus vocabulis usus sit. Talia, quae in paucis ac deterioribus codicibus insunt, suis locis in adnotatione textui subiecta vel etiam in appendice invenies.

---

[1] Cf. A. Mansion, *La Translatio Vaticana*... (cf. supra p. XXIII adn. 1), p. 44. Vide etiam G. Vuillemin-Diem, loco citato, pp. 15-17.

5. *De adnotatione latina translationi Anonymae subiecta.*

Ut ex eis quae in capitulis praecedentibus exposuimus patet, codices *LlScTaWsPxKoBgVuCn* omnes, sive singuli sive alii cum aliis coniuncti, ad textum restituendum plus minusve utiles erant. Qua de causa et ut amplum testimonium traditionum translationis Anonymae variarum demus, eis omnibus ad adnotationem componendam usi sumus. (In duobus posterioribus libris, ubi *Ll* deficit et alii codices accedunt, codices *VuCn*, cum deteriores omnibus sint, exclusimus.) Sed ne adnotatio longior fieret, trium codicum omnes lectiones varias notavimus, reliquorum lectiones singulares, nisi maioris momenti sunt, non recensuimus. E quattuor ergo melioribus codicibus *LlScTaPx* tres elegimus : *LlScTa*, quorum unusquisque, si totum opus consideras, multo plus suam viam propriam tenet quam *Px*, qui semper fere in una familia cum *BgVuCn* remanet, et quorum duo, *Ll* et *Ta*, ut ex his quae supra dicta sunt patet, non raro lectiones singulares praebent, quae ad fortunam textus cognoscendam maioris momenti sunt. Qua de causa commoti *BüRePj* codices in apparatu librorum posteriorum posuerimus, ex his quae in capitulo 3 diximus, satis clare appareat.

In singulis paginis adnotatione ineunte siglis indicavimus, quibus codicibus ad adnotationem componendam usi simus. Hi sunt :

7.1-**40**.7 : *TaLlSc* (*WsPxKoBgVuCn*)
41.1-**222**.15 : *TaLlSc* (*WsPxKoBg* ; *VuCn*)
(sed memorandum est codicem *Ko* a **56**.6 usque ad **74**.15, a **92**.27 usque ad **110**.22 deficere, textum codicis *Bg* inter **127**.2 et **145**.7 variis modis duplicatum esse)
222.16-**224**.4 : *TaLlScRe*(*PjWsPxKoBg*)
225.1-**275**.4 : *BüTaSc*(*RePjWsPxKoBg*).

Codicum quorum sigla ante uncos inveniuntur, omnes lectiones varias recensuimus, nugatoriis et praecipue orthographicis (ex. gr. « occulos », « praticos », ...) exceptis ; tamen a sexto libro (**116**.1) omnes transpositiones quae sunt in *Ll* non indicavimus neque eius codicis lectionem « necessarie » saepissime pro « necesse » scriptam semper adnotavimus. Codicum quorum sigla uncis inclusa sunt, lectiones varias in apparatum recepimus omnes, quae aut in duobus vel pluribus omnium codicum supra nominatorum inveniuntur — locis quibusdam a p. **41**.1 exceptis,

ubi *VuCn* inter se concordant —, aut alicuius momenti sunt. Specimina lectionum singularium, quae in adnotatione non commemoravimus, in appendice p. **277** sqq. invenies.

Lectiones aliorum codicum in adnotationem latinam recepimus, si qua de causa maioris momenti esse videbantur, quod saepius in libris posterioribus (a **225**.1) accidit. Quia horum librorum textus valde corruptus est atque etiam difficilius incertiusque erat quam in priore operis parte iudicare, quae lectio in textu ponenda esset, saepius lectiones aliorum codicum, praecipue *CdEdSy*, ad lectiones codicum supra nominatorum adiunximus, si quae nos in lectionibus eligendis modo quodam adiuvabant ; quibus in locis semper, alibi rarius, adnotationem quam vocant « positivam » praebuimus. Specimina quoque horum codicum, quibus non semper ad adnotationem componendam usi sumus, in appendice adhibuimus.

Sigla ***j***, ***c***, ***g***, ***n*** nonnullis lectionibus variis adiecimus, si lectio varia in translatione Iacobi, Composita, Guillelmi, Scoti habetur ; signa (***j***), (***c***), ... significant lectiones in ***j***, ***c*** ... similes, non easdem esse ac lectionem cui signa illa adiecta sunt. Non semper, sed his tantum locis, ubi lectiones variae alicuius momenti sunt, alias translationes consuluimus. Interdum etiam lectiones adnotavimus, quas Albertus prae oculis videtur habuisse.

Stellula * lectorem ad adnotationem graeco-latinam revocat, si varia lectio latina cum lectione quadam graeca concordat. Linea — inter duo verba interiecta significat ea verba et quae in textu inter ea scripta sunt esse consideranda ; puncti ... significant sola verba extrema esse attendenda. Uncis quadratis [] inclusimus sigla codicum, quorum testimonium longioris omissionis causa deest. Quae uncis rotundis () inclusa sunt, ad verbum tantum quod immediate praecedit spectant.

6. *De exemplari graeco ab anonymo interprete adhibito.*

Exemplar graecum (μ), quo anonymus auctor ad translationem conficiendam usus est, minus certe e textu latino restitui potest quam exemplaria graeca aliorum qui Aristotelis opera interpretati sunt, Boethii scilicet, Iacobi, Guillelmi, ut nonnullos nominemus, quia auctor, etiamsi plerumque ut illi fecerunt verbum pro verbo et non sententias sententiis reddidit, textum graecum minus diligenter accurateque quam illi, non ita sibi constanter

et saepius quam illi suo arbitrio in latinum vertit [1]. Plerumque tamen fieri potest, ut inter varias lectiones graecas quae nobis traditae sunt eae agnoscantur, quas exemplar eius praebuit ; quandoque aliae, quae in codicibus graecis adhuc collatis non inveniuntur, conici possunt.

Graeci libri Metaphysicorum manu scripti amplius quinquaginta noti sunt [2], quorum tres ante tertium decimum saeculum exarati aut vetustiores sunt quam exemplar interpretis aut ei aequales, ceteri recentiores eo sunt. Sed non sunt nisi quattuor, A^b,E,J,T, quorum lectiones omnes a textus graeci editoribus, Bekker [3], Bonitz [4], Christ [5], Ross [6], Jaeger [7] aliisque, publici iuris factae sunt, pauci alii, quorum lectiones partim, praecipue in editione Bekkeri, commemoratae sunt. Adde quod iam Bekker (ex codicibus $F^bG^bI^b$), magis etiam Bonitz, Christ, Ross, Jaeger lectiones quasdam ex lemmatibus, citationibus, commentariis Alexandri (ad libros I-V), Pseudo-Alexandri (ad libros VI-XIV), Asclepii, Syriani, Themistii sumptas laudaverunt.

Postquam textum latinum cum lectionibus variis graecis comparavimus, praecipue editionibus Bekkeri, Rossii, Jaegeri usi, comperimus hos codices graecos alios plus alios minus cum codice μ comparari posse (quis codicem ipse contulerit, in uncis quadratis adnotavimus) :

A^b = Flor. Laur. 87.12, saec. XI/XII (ff. 1-485 = 1073a1), saec. XIV (ff. 485^v sqq.) [Bekker, partim Christ, Ross, Jaeger]
E = Paris. gr. 1853, saec. X [Bekker, Christ, partim Ross, Jaeger]
J = Vind. nat. phil. gr. 100, saec. $X^{in.}$, deest usque ad 994a6 [Ross, Jaeger]

---

[1] De his rebus vide in nostra commentatione supra (p. XXIII adn. 1) laudata *Die Metaphysica Media...*

[2] Cf. A. Wartelle, *Inventaire des manuscrits grecs d'Aristote et de ses commentateurs* (« Collection d'études anciennes .. Guillaume Budé »), Paris 1963 ; D. Harlfinger et J. Wiesner, *Die griechischen Handschriften des Aristoteles und seiner Kommentatoren. Ergänzungen und Berichtigungen zum Inventaire von A. Wartelle* (« Scriptorium » 18, 1964), pp. 238-257.

[3] *Aristoteles Graece* ex recensione I. Bekkeri edidit Academia Regia Borussica, vol. alterum, Berolini 1831 (typis denuo mandatum : *Aristotelis Opera . .*, editio altera quam curavit O. Gigon, vol. alterum, Berolini 1960), pp. 980-1093.

[4] *Aristotelis Metaphysica*, recogn. et enarr. H. Bonitz, vol. I-II, Bonnae 1848-49.

[5] *Aristotelis Metaphysica*, recogn. W. Christ, Lipsiae 1886.

[6] *ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΑ ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ, Aristotle's Metaphysics*, A Revised Text with Introduction and Commentary by W. D. Ross, Oxford 1924.

[7] *Aristotelis Metaphysica*, recogn. brevique adnotatione critica instr. W. Jaeger, Oxonii 1957.

T = Vat. gr. 256, a. 1311/12-1320/21 [Bekker]
S = Flor. Laur. 81.1, saec. XIII [partim, saepe in libris I-IV, postea interdum, Bekker]
H^a = Ven. Marc. gr. 214, saec. XIII/XIV [partim, usque ad 988b21, Bekker]
E^b = Ven. Marc. gr. 211, saec. XIII/XIV [partim, usque ad 995a11, Bekker]
I^b = Paris. nat., Coisl. 161, saec. XIV (Met. c. comm. Alex., et Syr. ad libros III, IV, XIII, XIV) [partim, e comm. Syr. tantum ?, in libris III, XIII-XIV Bekker]
F^b = Paris. nat. gr. 1876, saec. XIII (Alex. comm. in Met. c. lemm.) [Bekker, Bonitz]
G^b = Paris. nat. gr. 1896, saec. XVI (Syr. schol. ad libros III, IV, XIII, XIV Met. c. lemm.) [Bekker]

Nihil fere, quod nostris rebus utile sit, invenimus in collationibus aliorum codicum editis ; at nonnulla in exemplaribus graecis, quae ex aliis Metaphysicae translationibus, Iacobi (α) et Composita (β), restitui possunt [1].

Inter eos et μ has maiores vel minores propinquitates invenimus, praeterea de exemplari μ haec quoque dici possunt :

[1] Verba latina cum lectionibus trium vetustissimorum codicum graecorum si comparantur, patet exemplar interpretis plerumque cum E et cum J (ubi exstat), saepius etiam cum E quam cum J, qui codices eiusdem familiae sunt, contra A^b concordare, qui (usque ad 1073a1) alterum ex tribus graecae traditionis generibus sequitur [2] (tertium genus e commentario Alexandri restitui posse monstravit Ross [3]). Ex. gr. :

982a25-983a31 : De viginti quinque lectionibus, in quibus E ab A^b ita differt, ut differentiae etiam sermone latino manifestentur, in undeviginti μ cum E contra A^b convenit, in sex cum A^b contra E.

---

[1] *Aristoteles Latinus* XXV 1-1a, *Metaphysica*... (vide supra p. IX adn.*).

[2] Quod ad codicum cognationes attinet, vide praeter ea quae in praefationibus ad supra laudatas editiones exposita sunt : S. Bernardinello, *Eliminatio codicum della Metafisica di Aristotele*, Padova 1970, et D. Harlfinger, *Zur Überlieferungsgeschichte der Metaphysik*, « 6. Symposium Aristotelicum, Cerisy / France, 1972 » (quod nunc typis mandatur), qui praecipue monstravit codicem A^b post 1073a1, quo loco textus altera manu scriptus est, eiusdem familiae esse ac EJ. — Ad rem quaedam inveneris in : J. A. P. Byrne, *Codices recentiores of Aristotle's Metaphysics* (« Harv. Stud. in Class. Philol. » 64, 1959), pp. 259-262. — De codice E vide etiam P. Moraux, *Le Parisinus Graecus 1853* (*Ms. E*) *d'Aristote* (« Scriptorium » 21, 1967), pp. 17-41.

[3] W. D. Ross, *Aristotle's Metaphysics*..., pp. CLXI-CLXII.

995a24-996b1 : De viginti quinque lectionibus, in quibus E ab A^b modo dicto differt, in duodeviginti μ cum E (in sedecim cum EJ) contra A^b concordat, in septem cum A^b (in duabus cum A^bJ) contra E.

1042a20-1043b30 : De viginti quinque lectionibus, in quibus E ab A^b modo dicto differt, in undeviginti μ cum E (et cum J) contra A^b convenit, in sex cum A^b (in una cum A^bJ) contra E.

995a24-1001b9 : De viginti quinque lectionibus, in quibus E ab J modo dicto differt, in undeviginti μ cum E (in tredecim cum EA^b) contra J concordat, in sex cum J (in quattuor cum JA^b) contra E.

Neque tamen ex E directe neque e J pendet μ, in quo errores his codicibus proprii non inveniuntur.

[2] Sed si, quid ad graecam memoriam cognoscendam exemplar μ adiuvare possit, quaesiveris, utile est animadvertere exemplar μ, etsi pars eiusdem familiae est ac E et J, non mediocriter cum traditione, ex qua A^b usque ad 1073a1 pendet, contaminatum vel ex ea correctum esse. Lectiones enim, in quibus μ cum A^b contra EJ concordat, non raro magni momenti sunt. Conferas praecipue hos locos, quos inter alios in adnotatione graeco-latina textui latino subiecta inveneris : **23**.22 **24**.6 **55**.27 **64**.16 **65**.2 **67**.18 **71**.5,23,24,27 **75**.20 **76**.21 **80**.10-11 **83**.2,12 **85**.23 **87**.6 **88**.4 **92**.21 **107**.7 **141**.13 **144**.17 **149**.16 **158**.5-6 **180**.4 **202**.8. Notandum etiam est verba saepe transposita esse in A^b eo modo quem μ contra EJ videtur praebuisse. Post 1073a1, a quo loco textus codicis A^b altera manu conscriptus est et ex eadem familia ac EJ pendet, nulla fere communia inter A^b et μ contra EJ inveniuntur. Inter eas exemplaris μ lectiones, quae ex textu latino post 1073a1 conici possunt et ab EJA^b differunt, quot ex altera traditione graeca sumptae sint, non agnosci potest antequam lectiones aliorum huius traditionis codicum, duorum praecipue [1], recensitae sunt ; nonnullas textu latino asservatas esse suspicandum est.

[3] Inter recentiores codices supra nominatos, qui ut maxima pars recentiorum e traditione codicum EJ non sine contaminatione emanaverunt, et μ propinquitates discerni possunt hae : magis quam aliis μ est similis codici T, praecipue ubi T cum A^b concordat, sed etiam alibi (ex. gr. **12**.1 **22**.17 **51**.5,20 **56**.24 **57**.8 **70**.26) ; nonnulla etiam communia habuisse videtur μ, ut ex

[1] Cf. D. Harlfinger, *Zur Überlieferungsgeschichte*... (in manuscripto), pp. 31-32.

adnotatione graeco-latina (pp. **10-40**) perspici potest, cum codicibus H^a et E^b, qui in initio operis tantum a Bekkero laudati sunt ; ex lectionibus omnium codicum per partes librorum VIII et IX (1045a1-1045b36) collatis [1] suspicandum est similitudinem inter μ et H^a E^b, praecipue inter μ et H^a, etiam in reliqua parte operis intercedere ; cum codice S pauca communia habet μ, quae tamen hic vel illic alicuius momenti sunt (cf. **46**.4 **75**.22 **126**.1 **130**.9 **145**.4).

[4] Notandum etiam est codicem μ non raro convenisse cum exemplari (α), quo Iacobus ad textum graecum transferendum usus est quodque ut μ cum familia EJ coniunctum est. E duabus translationibus, quas inter se cohaerere non credimus [2], eaedem lectiones graecae promi possunt, quae sive una cum lectionibus aliorum codicum (A^b,H^a,E^b,T) sive solae ab lectionibus codicis E abhorrent (ex. gr. **11**.19 **13**.20 **14**.5 **25**.9 **29**.19 **32**.21 **50**.12 **51**.5,20 **69**.10).

[5] Etiam magis ad traditionem graeci textus cognoscendam hoc nobis visum est conferre : nonnullae lectiones in exemplari μ videntur exstitisse, quas e lemmatibus, paraphrasibus, commentario Alexandri contra consensum ceterorum codicum supra nominatorum laudaverunt et saepius pro genuinis Aristotelis verbis habuerunt textus graeci editores ; conferas imprimis hos locos : **20**.27 **122**.7 **124**.18 **180**.16 **182**.15 **189**.2 **195**.18 **218**.8,12 **228**.23 **232**.12 **246**.10 **247**.18 **250**.27 **258**.10 **264**.11 **267**.10 **272**.5. Etiam lectiones communes videtur habuisse μ cum lectionibus, quae in Syriani scholiis inveniuntur (a Bekkero e codicibus G^b, I^b laudatae) ; eae tamen nullius fere momenti sunt (cf. **57**.11 **234**.5 **257**.21 **260**.9 **266**.4 **267**.5, sed vide **52**.4-5).

[6] Quamquam fieri non potest ut interpretis in legendo vitia semper ab exemplaris erroribus discernantur, certum est codicem interpretis graecum menda propria habuisse, quae in adnotatione graeco-latina indicare conati sumus. Permulta eorum ad fontem vetustissimum nos reducunt, qui scriptura continua exaratus neque spiritus neque accentus habebat (cf. **15**.8 **65**.26 **67**.6-7

[1] Apud D. Harlfinger, *Zur Überlieferungsgeschichte* .. (in manuscripto) pp. 33-34.

[2] Vide G. Vuillemin-Diem, *Jakob von Venedig und der Übersetzer der Physica Vaticana und Metaphysica Media*... (vide supra p. XXIV adn. 1), pp. 15-16, 24-25.

72.10 **95**.7-8 **120**.12 **131**.8,16 **167**.9 **169**.13 **187**.13 **189**.3 **196**.9 **199**.24 **200**.26 **202**.7 **210**.19 **222**.10 **223**.14 **226**.2 **232**.15,16 **238**.16 **249**.14 **251**.3,19), nisi forte exemplar interpretis ipsum eo modo scriptum erat, ut ille tam mendose legeret [1]. — Interdum lectiones praebuit, quae contra totam traditionem adhuc notam a textus graeci editoribus coniectae sunt (cf. **117**.23 **222**.12). — Suspicandum denique est exemplar μ interdum sive in textu sive in margine duas ad unum locum lectiones praebuisse, quarum altera ex diversa traditione graeca derivata est, nisi interpretem ipsum duobus codicibus usum esse credideris (cf. **52**.4-5 **80**.26-**81**.2 **137**.2 **233**.19 ; ? **111**.13-14 ? **161**.22 ? **206**.13 ? **213**.7-9).

7. De adnotatione graeco-latina.

Quae huius exemplaris propria sint, quis eius locus ordoque in traditione graeca fuerit, ut quam fieri potest adnotatione graeco-latina monstremus, hae nobis fuerunt ad adnotationem componendam rationes :

[1] In singulis paginis ineunte adnotatione graeco-latina siglis indicavimus quibus codicibus usi sumus. Sigla sunt haec :

Ante uncos rotundos ( ) :

E (in toto textu), cui codici μ simillimus est.

Inter uncos rotundos ( ) :

A^b (in toto textu)
T (in toto textu)
J (inde a **37**.15 [= 994a6], ante quem locum *J* deest)
H^a (usque ad **24**.25 [= 988b21], usque ad quem locum H^a Bekkeri collatione notus est)
E^b (usque ad **40**.7 [= 995a11], usque ad quem locum E^b Bekkeri collatione notus est)
a (usque ad **69**.20 [= 1007a31], post quem locum translatio Iacobi perdita est).

[2] Eas omnes lectiones translationis Anonymae ante uncum quadratum] commemoravimus, quae eo modo ab *E* differunt, ut suspicandum sit interpretem alias lectiones graecas quam quas praebet *E* (cuius lectiones post uncum quadratum scripsimus) legisse vel legere sibi visum esse.

[1] Vide etiam quae diximus in tractatu supra (p. XXIII adn. 1) laudato *Die Metaphysica Media...*, pp. 18-20.

[3] Unicuique lectioni latinae sigla codicum sub [1] enumeratorum uncis rotundis inclusa addidimus si quando eorum lectio cum lectione, quae in μ videtur fuisse, contra *E* concordat. Interdum non solum sigla sed etiam lectiones graecas ipsas commemoravimus.

[4] Si lectio latina contra hos omnes cum aliis codicibus graecis (vide supra p. LXIV) vel cum β (vide supra p. LXIV) concordat, eorum sigla uncis rotundis inclusa lectioni latinae adscripsimus.

[5] Si lectio graeca ab interprete translata in nullo codice invenitur neque per latinam quae fuerit graeca manifestum est, eam, ubi fieri poterat, e nostra coniectura ortam uncis rotundis inclusam indicavimus.

[6] Post uncum quadratum] lectionem codicis *E* indicavimus ; quid alii codices graeci habeant, nisi hoc ad comparationem alicuius momenti est, tacuimus.

[7] Lectiones latinas, quae eo modo a lectionibus codicis *E* et reliquorum differunt, ut haec differentia translatori ipsi suam transferendi viam rationemque persequenti, non lectioni variae in eius exemplari graeco tribuenda sit, in adnotatione graeco-latina non commemoravimus.

> In eorum numero sunt : nonnulla verba transposita, tempora mutata (praesens loco aoristi vel perfecti vel futuri, perfectum vel imperfectum loco praesentis, ex. gr. **66**.16 « dicebant » pro *φασι*), numeri mutati (numerus pluralis pro singulari vel singularis pro plurali, ex. gr. **36**.20 « causa » pro *αἴτιοι*, **21**.24-25 « de diffinitione » pro *περὶ ὁρισμῶν*, **67**.20 « singulis rationibus » pro *ἑκάστῳ λόγῳ*), casus mutati (casus rectus vel accusativus pro genetivo partitivo vel vice versa, ut **66**.20 « firmissimum principium omnium » pro *βεβαιοτάτη τῶν ἀρχῶν πασῶν*, **65**.23 « firmissimum omnium principiorum » pro *βεβαιοτάτη ἀρχὴ πασῶν*), differentiae inter gradus comparationis (velut **37**.21 « primum » pro *πρότερον*, **15**.23 « prior » pro *πρῶτος* et alia talia), verba quaedam addita (praecipue copula, aliquando « et », « in », « ad », etc.), vel nonnulla verba omissa (ut *καί*, *ἄν*, *τε*, *μέν*, *τις*, *αὐτός* [!], vide sub eis vocabulis in indice graeco-latino) [1].

Idem valet, ubicumque differentia lectionis latinae et textus graeci aut translatoris ipsius in scribendo libertati aut errori cuidam archetypi codicum latinorum, sed non facile exemplari graeco imputanda est. Ex. gr. :

---

[1] Plura de interpretis in scribendo libertate in supra laudata commentatione *Die Metaphysica Media*... invenies.

29.13 « sunt » pro γίγνεται : Dubitari potest, utrum interpres hoc loco γίγνεται per « sunt » reddiderit an « sunt » ex « fiunt » corruptum sit ; quam dubitationem in adnotatione latina indicavimus ; certe ἐστι in exemplari graeco exstitisse coniciendum non est.

72.15 « vere » pro δὲ : Aut interpres ipse « vere » pro δὲ scripsit aut « vere » ex « vero » corruptum est, quod in adnotatione latina indicavimus, non tamen credendum est aliud vocabulum atque δὲ in exemplari graeco fuisse.

[8] Si incerti fuimus, quod non raro accidit, utrum differentia lectionis latinae cuiusdam et lectionis graecae codicis *E* e varia lectione graeca provenisset an ex arbitrio vel errore translatoris an ex mendis latinae traditionis, hanc differentiam in adnotatione graeco-latina indicavimus, sed totam adnotationis particulam uncis rotundis () inclusimus.

[9] Stellula * indicat adnotationem latinam esse lectori inspiciendam.

* * *

Sicut volumen XXV 1-1a perficere nequivissem sic neque huic editioni in Institutione Universitatis Coloniensis Sancto Thomae dicata (Thomas-Institut der Universität Köln) dare operam potuissem, nisi eius rector, Albertus Zimmermann, hoc esse illius Institutionis officium decrevisset. Pro hoc beneficio et pro eius assidua magnanimitate gratias illi ago.

Gratias quoque agam maximas Carolo Bormann, qui me in praefatione latine vertenda iuvit, et Fernando Bossier, qui totum volumen, praefationem textum adnotationes indicesque, perlegit, multis in locis emendationes proposuit, plagulas compluribus mendis purgavit. Nec est tacendus collega eius Ioseph Brams, qui non mediocriter in opere corrigendo adiuvit. V. d. Gerardo Verbeke, qui humanitate consilioque suo ad opus conficiendum me hortatus est et hoc volumen, qualecumque est, in seriem Aristotelis Latini editionum recepit, gratiam habeo maximam.

Mihi denique liceat gratias agere ei, qui huius seriei moderator fuit cum opus incepi, et cuius admirabile exemplum semper prae oculis meis erat, magistro scilicet et amico Laurentio Minio-Paluello.

Coloniae, mense Aprili MCMLXXVI G. V.-D.

2.

TRANSLATIO ANONYMA

SIVE 'MEDIA'

CONSPECTUS SIGLORUM

in adnotationibus translationis Anonymae adhibitorum

I. LIBRI LATINI :

Semper citantur :

Ta = cod. Dertusiensis, bibl. Capit. 241 : saec. XIII

Ll = Vaticanus, bibl. apost., Palat. lat. 1063 : saec. XIII
libri XIII [XII] - XIV [XIII] deficiunt

Sc = Pisanus, bibl. Conv. S. Cath. 11 : saec. XIII

Ws = Washingtoniensis, bibl. Folger., Smedley 3 : saec. XIV$^{in.}$

Px = Parisinus, bibl. nat. 6325 : saec. XIII

Ko = Hafniensis, bibl. regia, Thott 164 fol. : saec. XIII
textus deficit inde a p. **56.**6 usque ad p. **74.**15 et inde a p. **92.**27 usque ad p. **110.**22

Bg = Vaticanus, bibl. apost. Borgh. 304 : saec. XIII$^{med.}$

Tres particulae septimi libri in hoc codice diversis locis duplicatae sunt. Cum inter se differant, his siglis eas adhibimus :

Bg_1 = textus inde a p. **127.**2 usque ad p. **142.**1 (« sensibilis ») et inde a p. **143.**23 usque ad p. **145.**7 (« non sunt »), qui in suo loco scriptus est ;

Bg_2 = textus duplicatus inde a p. **127.**2 usque ad p. **142.**1 (« sensibilis »), qui in octavo libro, p. **157.**16 post verbum « diffinitio », insertus est ;

Bg_3 = textus duplicatus inde a p. **135.**20 (« sic nec ») usque ad p. **137.**11 (« materiam »), qui, particulam duplicatam Bg_4 sequens, in septimo libro, p. **146.**26 post verbum « pedes », insertus est ;

Bg_4 = textus duplicatus inde a p. **143.**23 usque ad p. **145.**7 (« non sunt »), qui, particulam duplicatam Bg_3 antecedens, in septimo libro, p. **146.**26 post verbum « pedes », insertus est.

Bg_1, ... Bg_4 una manu scripti sunt. Textus Bg_1 secundum translationem Guillelmi correctus est, cum particulae duplicatae incorrectae manserint.

Vu = cod. Vaticanus, bibl. apost., Vat. lat. 6944 : saec. XIII
citatur usque ad librum XII [XI] c. 10

Cn = Vaticanus, bibl. apost., Chis. E.V. 154 : saec. XIII
citatur usque ad librum XII [XI] c. 10

Bü = Brugensis, bibl. Semin. Maior. 102/125 : saec. XIII
libros XIII [XII] - XIV [XIII] tantum continet

Re = Remensis, bibl. munic. 864 : saec. XIII
finem libri XII [XI] et libros XIII [XII] - XIV [XIII] continet

Pj = Parisinus, bibl. nat. 16082 : saec. XIII
finem libri XII [XI] et libros XIII[XII] - XIV [XIII] continet

Saepius citantur (in ultimis libris) :

Cd = cod. Cantabrigiensis, bibl. Coll. Corp. Chr. 239 : saec. XIII$^{in.(?)}$
librum XIII [XII] et initium libri XIV [XIII] continet

Ed = Erfordiensis, bibl. Ampl. Fol. 19 : saec. XIII$^{ex.}$
finem libri XII [XI] et libros XIII [XII] - XIV [XIII] continet

Sy = Salisburiensis, bibl. Capit. 111 : saec. XIII$^{in.(?)}$
libros XIII [XII] - XIV [XIII] continet

Rarissime citantur :

Bp = Basil. Univ. F. II.18 ; *Nq* = Neap. Nat. VIII E 21 ; *Ny* = Neo-Eborac. Pierp. Morg. M 809 ; *Pk* = Paris. B.N. 16084

Ta^1, *Ll*^{1}, ... = *Ta*, *Ll*, ... ante correctionem
Ta^2, *Ll*^{2}, ... = *Ta*, *Ll*, ... post correctionem
[*Ta*], [*Ll*], ... = testimonium codicum *Ta*, *Ll*, ... deficit

j = translatio Iacobi (ex : Arist. Lat. XXV 1-1a)

c = translatio Composita (ex : Arist. Lat. XXV 1-1a)
c^a = varia lectio translationis Compositae

g = recensio Guillelmi (praecipue ex codd. Vatic. lat 2083 [A.L. 1842], Bonn. Univ. 66 [A.L. 827], Paris. B.N. 16584 [A.L. 694], Cantabr. Dom. Petri 22 [A.L. 247], Monac. Clm 162 [A.L. 1015])

n = Metaphysica Nova, translatio ex arabico ; *Averr.* = Averroes in Metaphysicam (ex : Arist. Opera lat. cum Comm. Averr. ed. Nicoletus Vernia, VIII, Venetiis 1483)

Alb. = Alberti Magni Metaphysica (ex : Alberti Magni Opera Omnia, t. XVI, Metaphysica, ed. B. Geyer, Monast. Westf. 1960-1964)

Geyer = editio translationis « Mediae » in : Alberti Magni Metaphysica ...

(***j***), (***c***), ... = confer translationem Iacobi, translationem Compositam, ...

II. LIBRI GRAECI (praecipue ex editionibus Rossii et Bekkeri) [1] :

E = cod. Parisinus, bibl. nat., gr. 1853 : saec. X

A^b = Florentinus, bibl. Laurent., 87.12 : saec. XI/XII (ff. 1-485 [= 1073a1] et XIV (ff. 485v sqq.)

T = Vaticanus, bibl. apost., gr. 256 : a. 1311/12-1320/21

H^a = Venetus, bibl. S. Marci, gr. 214 : saec. XIII/XIV usque ad 988b21

E^b = Venetus, bibl. S. Marci, gr. 211 : saec. XIII/XIV usque ad 995a11

J = Vindobonensis, bibl. nat., phil. gr. 100 : saec. $X^{in.}$ incipit 994a6

α = cod. graecus, quem e Iacobi textu restitui posse credimus usque ad 1007a31 (vide Arist. Lat. XXV 1-1a)

Raro citantur :

S = cod. Florentinus, bibl. Laurent. 81.1 : saec. XIII

I^b = Parisinus, bibl. nat., Coisl. 161 : saec. XIV

G^b = Parisinus, bibl. nat., gr. 1896 : saec. XVI (Syriani Philox. scholia ad libros III, XIII, XIV Metaph. cum lemmatis)

F^b = Parisinus, bibl. nat., gr. 1876 : saec. XIII (Alex. Aphrod. comment. in Metaph. cum lemmat.)

β = codex graecus, quem ex translatione Composita restitui posse credimus usque ad 998b23 (vide Arist. Lat. XXV 1-1a)

Al. = Alexander Aphrodisiensis (libri I-V) ; pseudo-Alexander (libri VI-XIV)

Ascl. = Asclepius

Syr. = Syrianus

---

add. = addidit

coni. = coniecit

excl. = excludit, exclusimus

om. = omisit, omiserunt

---

[1] Quatenus singuli codices graeci commemorarentur diximus in praefatione, pp. LXVII-LXVIII.

scr. ; *scrib.* = scripsit, scripsimus ; scribendum

s. = supra

suppl. = supplevit, supplevimus

tr. = transposuit, transposuerunt

cett. : ad codices tantum respicit qui ineunte adnotatione in singulis paginis recensentur

/ = rasura unius litterae

* stellula in adnotatione graeco-latina ad latinam refert lectorem ; in adnotatione latina lectiones praecedit quae cum his vel illis lectionibus variis graecis concinunt.

⟨METAPHYSICE ARISTOTELIS

LIBER PRIMUS⟩

[1] Omnes homines natura scire desiderant. Signum autem est sensuum 980a21
dilectio ; preter enim et utilitatem propter se ipsos diliguntur, et maxime
aliorum qui est per oculos. Non enim solum ut agamus sed et nichil agere 980a25
convenientes ipsum videre pre omnibus, ut dicam, aliis concupiscimus.
Causa autem est quod hic maxime sensuum cognoscere nos facit et
multas differentias demonstrat. Animalia igitur quidem natura sensum
habentia fiunt, sed ex sensu quidem quibusdam horum memoria facta
non est, quibusdam vero fit. Et propter hoc quidem alia prudentia sunt 980b21
alia vero non memorare possibilibus disciplinabiliora, prudentia quidem
sunt sine disciplina quecumque sonos audire non possibilia sunt (ut apes
et si aliquod animalium genus aliud huiusmodi est), addiscunt autem 980b25
quecumque iuxta memoriam et hunc habent sensum. Alia quidem igitur
ymaginationibus et memoriis vivunt, experimenti autem parum parti-
cipant ; sed hominum genus arte et rationibus. Fit autem ex memoria
hominibus experimentum ; eiusdem namque rei multe memorie unius 981a1
experientie potentiam faciunt. Et fere videtur scientie et arti simile
experimentum esse, hominibus autem scientia et ars per experientiam
accidit ; experientia quidem enim artem fecit, sicut ait Polus recte dicens, 981a5
sed inexperientia casum. Fit autem ars, cum ex multis experimento
intellectis una fit universalis de similibus acceptio. Acceptionem quidem
enim habere quod Platoni et Socrati circa hanc egritudinem insudantibus
contulit hoc iam et unumquodque sic multis, experimenti est ; quod 981a10
autem omnibus huiusmodi secundum autem unam speciem determinatis,

---

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) 1-2 *titulum suppl.* : Incipit nova translatio methaphysice aristotelis *Ws* : Incipit liber methaphysice aristotelis nove secundum translationem cononiensis *Ny* : *om. cett.* 3 *textus inde a* Omnes homines *usque ad* necesse est (**9**.27), *quem litteris minoribus praebemus, non translatoris fuit sed a quodam recensore in archetypo latinae memoriae secundum translationem Compositam suppletus erat* (*vide praef.* pp. XV-XVI) 4 delectatio *Sc*¹*Ko* 5 qui — aliis (6)]*ras. 30 litt. Sc*¹ per *om. Ta*¹ 6 ut + ita *Ws* 7 fecit *Ll*² 8 quidem igitur *tr.* (*an recte* ?) *PxKoVu*²**c** natura *post* sensum (sensuum *Px*¹*Bg*¹*Cn*, [?]*Vu*¹) *Sc*² : *om. Sc*¹ 9 ipsorum *Ws***g** 12 possibilia sunt] possunt *Ws*²*Cn* 13 si *om. Sc*¹*Cn* 14 et *om. Ll*¹*Cn* alia quidem] animalia quedam *Ll*¹ 18 faciunt] pariunt **c** : *vide* **c**^{a} scientia *TaPx*²*BgCn*¹ : ||||||| *Ll*¹ 19 experientiam] -mentum *BgVuCn* 21 ex *om. Sc* 22 de similibus *ante* universalis *Ll*¹ : *post* acceptio *Px* 25 autem² *om.* (*an recte* ?) *Ll*¹*Ko***c** : *vide* **c**^{a} unamquamque *Px*¹*BgVuCn*

hac egritudine laborantibus, contulit, ut flegmaticis aut colericis aut estu febricitantibus kauco artis est.

Ad actum quidem igitur experientia quidem nichil ab arte differre
981a15 videtur, sed expertos magis proficere videmus sine experientia rationem habentibus (causa autem est quod experientia quidem singularium cognitio est ars vero universalium, actus autem et omnes generationes circa singulare sunt ; non enim hominem medicans sanat nisi secundum acci-
981a20 dens, sed aut Platonem aut Socratem aut aliquem sic dictorum cui esse hominem accidit ; si igitur sine experimento aliquis rationem habeat et universale quidem cognoscat, in hoc autem singulare ignoret multotiens quidem curatione peccabit ; singulare namque magis curabile est) ; sed
981a25 tamen scire et obviare magis arte quam experimento esse arbitramur, et artifices expertibus sapientiores esse opinamur, tamquam magis sit scire sapientiam omnia sequentem ; hoc autem est quod hii quidem causam sciunt illi vero non. Expertes enim ipsum sciunt quia, sed propter
981a30 quid nesciunt ; hii autem propter quid et causam cognoscunt. Unde architectonicas circa quodlibet nobiliores et magis manu artificibus scire
981b1 denominamus et sapientiores, quia factorum causas sciunt (illos vero, sicut quedam inanimatorum faciunt quidem, sed que faciunt incognita faciunt, ut cum ignis exurit ; inanimata igitur quidem natura quadam
981b5 horum unumquodque faciunt, sed manu artifices per consuetudinem), tamquam non secundum practicos esse sapientiores sint sed secundum quod rationem habent et causas cognoscunt. Et omnino scientis signum est et posse docere, et ob hoc artem magis experimento scientiam esse concipimus ; possunt enim hii, hii autem docere non possunt. Amplius
981b10 autem sensuum neque unum sapientiam esse ponimus ; et etiam hiis singulorum cognitiones magis proprie sunt ; sed propter quid de nullo dicunt, ut propter quid ignis calidus, sed quia solum calidus sit. Primum quidem igitur conveniens est quamlibet artem invenientem ultra commu-
981b15 nem in hominibus sensum mirari non solum propter aliquam inventorum utilitatem sed sicut sapientem et ab aliis distinguentem ; pluribus autem repertis artibus et aliis quidem ad necessaria et aliis vero ad introductionem

---

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) hoc 1 flecma- Ta^1Ll : fleuma- Ta^2 : flema- *Px* 2 kauco *scr.* : k'anroco *Px* : id est estus kauco (kauico *Vu* : kairoco $TaBg^1$) $TaBg^1$ *VuCn* : hoc *Ws* : *om. cett.* 3 quidem^2 *om.* **c** 8 aut^1 *om.* **c** aut^3 + aliorum **c** 9 quis (*post* rationem *Ll*) *LlScKo***g** 10 cognoscat + sed *Sc* autem *om. VuCn*^{1} 11 quidem *om. Ko***c** est *om. Ll* 12 obviare] audire Ta^2**c** : ///// Ll^1 : *vide* $\mathbf{c}^a\mathbf{j}^a$ arte *om.* Ta^1 13 expertis $Ta^2LlScWsKoBg^2$**g** sit *om. Sc* 14-15 causam quidem *tr. TaLl* 15 experti $Ta^2LlScWsKoBg^2$**g** quia + quidem **c** : *vide* $\mathbf{c}^a$ 16 quid^1 + est *BgVuCn* 17 architectores Ll^2 Ws^2**cg** : *vide* $\mathbf{c}^a\mathbf{j}$ 18 illos] -i **c** : *vide* **j** 19 in-^{2}] non **c** 20 cum *om. Ll***cg** : *vide* $\mathbf{c}^a$ igitur quidem *vide* $\mathbf{c}^a$ 21 unumquodque horum *tr. ScWs***g** 24 et^1 *om.* $Ll^1Px^2Ko^1$**g** possibile Sc^1 hoc *om.* Ll^1 25 hii^1 *om.* **c** : *vide* $\mathbf{c}^a$ amplius] apud *Sc* 26 etiam + eis Sc^1 28 solum *ante* quia (*an recte* ?) Px^2BgVu : *post* calidus^2 *ScKo* 29 igitur quidem *tr. TaSc* : *om. Bg* est *om.* Vu^1Cn 30 omnibus *TaScCn* 32 ad^1 *om.* Vu^1Cn et^2 *om.* Sc^2 *Ko***c** : *vide* $\mathbf{c}^a$

existentibus, semper huiusmodi sapientiores illis esse arbitrandum est per id quod illorum scientie ad utilitatem non sunt. Unde omnibus huiusmodi 981b20 partis hee non ad voluptatem neque ad scientiarum necessitatem reperte sunt, et primum reperte sunt in hiis locis ubi studuerunt, unde circa Egyptum mathematice artes primum substiterunt, ibi namque gens 981b25 sacerdotum studere concessa est.

In Moralibus autem que sit artis et scientie differentia et similium generum dictum est ; cuius autem gratia nunc orationem facimus hoc est, quod denominatam sapientiam circa primas causas et principia esse videtur, artifex autem expertibus, architector autem manu artifice, 981b31 speculative autem magis activis. Quod quidem igitur sapientia circa 982a1 quasdam causas et principia scientia sit, manifestum est.

[2] Quoniam autem hanc scientiam querimus, circa quales causas et 982a5 circa qualia principia sapientia scientia sit, hoc considerandum est. Si igitur aliquis opiniones comprehendat quas de sapiente habemus, fortassis ex hiis manifestius fiet. Primum itaque sapientem omnia maxime scire, sicut decet, accipimus, non singularem scientiam eorum habentem ; postea 982a10 difficilia cognoscere possibilem nec levia homini noscere, hunc sapientem ; adhuc certiorem et magis causas dicentem sapientiorem circa omnem scientiam esse ; sed hanc scientiarum que per se est et gratia scientie 982a15 magis voluntaria sapientia est quam que est contingentium causa, et hanc sapientiam magis famulante antiquiorem esse ; non enim ordinari sed sapientem ordinare oportet, neque hunc ab altero, sed ab hoc minus sapientem suaderi. Huiusmodi quidem et tales acceptiones de sapientia 982a20 et sapiente habemus.

Istorum autem omnia quidem scire universalem scientiam maxime habenti inesse necesse est (hic enim omnia novit subiecta) sed fere difficillima sunt ea hominibus ad cognoscendum que maxime

---

TaLlSc(WsPxKoBgVuCn) 1 illis sapientiores *tr. Sc* 2 non *om. Ta*^{1} 3 partis + vel repertis *supra add. Sc*^{2}*Px*^{2} : + repertis *Ko*^{2}*Cn*^{2} : repertis *WsBg*^{2}*Vu* volun- *Ta*^{1}*Cn,(?)Vu*^{1} 5 genus (?) *Sc*^{1} 7 autem *om.* ***c*** 9 quia *Ll*^{2}*Bg*^{2}***g*** principia + opinantur (-atur *Ll*^{2}) omnes quare sicut dictum est prius (*ante* dictum *Bg*^{2}*Cn*^{2} : *om. Ll*^{2}) expertus quidem (*om. Ll*^{2}) quemlibet habentibus sensum (+ videtur esse *Bg*^{2}*Cn*^{2}) sapientior *Ta*^{2}*Ll*^{2}*Sc*^{2}*Px*^{2}*Bg*^{2}*Cn*^{2}(***j***) : + omnes recipiunt (opinantur ***j***) quare sicut prius dictum est expers quidem quemlibet sensum habentibus sapientior ***c***(***j***) esse + quare sicut prius dictum est expertus enim quamlibet [*sic*] habentibus videtur esse sapientior *Vu*(***j***) 10 videtur *om. Vu*^{2} expertis (?) *Ta*^{2}*Ll*^{2}*PxBg*^{2}***g*** 11 sapientia + et *Ll*^{2}*ScKo* 12 scientia ... est *om. Sc* 13 hanc *post* scientiam *LlScBg*^{2} : *om. TaPxBg*^{1}*VuCn* sapientiam *BgVu,(?)Cn* 14 circa *om. WsKo* hic *Ko,(?)Ws* 15 igitur *om. BgVu*^{1}*Cn* fortassis + enim *BgVuCn* 16 manifestus *Px*^{1}*Ko*^{1} : -tum *Vu*^{1} : -t // *Cn*^{1} 17 eorum *ante* scientiam *PxKo* : ipsorum ***c*** 18 hunc + accipimus (+ vel dicimus *Ws*^{2}***g***) *Ws* 19 ad hoc *WsVu* 20 hanc + numero *Sc*^{1} : hoc *Vu* scientiarum + esse *LlScKo* 21 voluntaria *om. Ta*^{1}*BgVuCn*^{2} : [*Cn*^{1}] 22 esse antiquiorem *tr. Sc* 23 ordinare sapientem *tr. WsKo* 24 et *om. BgVuCn* 24-25 sapiente (-ibus ***c***) et sapientia *tr. ScBgVuCn* 26 quidem omnia *tr. Sc* 27 habenti *Bg*^{2}*Vu*^{2} : -em *LlScWs* : *om. cett.* in esse *Vu* : non esse *Ko*^{1} : *om. LlScWs*^{1} hoc (?) *Bg*^{1}*Vu*^{1} : hec (?) *Ko*

982a25 sunt universalia (nam a sensibus sunt remotissima), scientiarum vero certissime sunt que maxime prime sunt (nam que sunt ex paucioribus certiores sunt ex additione dictis, ut arismetica geometria). Est et doctrinalis que causarum est speculatrix
982a30 magis (hii namque docent qui causas de singulis dicunt), et noscere et scire earum causa maxime est maxime scibilis scientie (nam qui scire propter idem ipsum desiderat ipsam maxime
982b1 scientiam maxime desiderabit, talis autem est ipsa maxime rei scibilis) ; sed sunt maxime scibilia que prima et cause (nam propter ea et ex hiis alia dignoscuntur, non autem ea per subiecta),
982b5 Maxime vero principalis scientiarum et magis principalis servili est que non ignorat cuius causa sunt agenda singula ; et hoc cuiusque bonum, omnino vero quod optimum est in natura omni.

Ex omnibus ergo que dicta sunt in eandem cadit scientiam quod quesitum est nomen ; oportet enim eam primorum princi-
982b10 piorum et causarum esse theoricam ; et enim bonum ipsum et quod est cuius causa una causarum est.

Quia vero non activa, palam ex primum philosophantibus ; nam propter admirationem homines et nunc et primum inceperunt philosophari, a principio quidem paratiora dubitabilium miran-
982b15 tes, deinde paulatim procedentes et de maioribus dubitantes, ut de lune passionibus et que sunt circa solem et astra et de universi generatione. Qui vero dubitat et admiratur ignorare videtur (quare philomythos ipse philosophus est ; fabula namque ex
982b20 mirandis constituitur) ; quare si ad ignorantiam effugiendam philosophati sunt, palam quia propter notitiam scientiam persecuti sunt et non usus alicuius causa. Testatur autem hoc accidens ; nam fere cunctis existentibus que sunt necessariorum et ad pigritiem et ad eruditionem talis prudentia inquisi cepit. Ergo palam

---

E(*A*^{b}*TH*^{a}*E*^{b}*a*) (4 *est et] ἀλλὰ μὴν καὶ) 12 hoc] + *ἐστὶ (18 palam (*T*)] + καὶ) 21 paulatim] + οὕτω (23 videtur] οἴεται) (29 ad (*a*)] **om.*)

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) 3 arismetrica (?) *Ll* 4 est[1]] *an* sed *scrib.*? doctrinale *Ta*[1] 5-7 de singulis — nam *om. Sc*[1] 7 ipsum + scire *Vu* : *ante* idem *BgCn* : *om. Ws*[2] 8 maxime[1] *om. WsBgCn*[2] 10 ea[1] *om. Ta*[1] dig-] di- *TaScWsKo* 12 hoc + *est *Bg*[2] 13 cuiuscumque *BgCn* omnino] omnium *Px*[1] : omni *Px*[2]*Ko* est *om. WsCng* omni] -ium *Ws* : ō / *Ll*[1] 15 primorum *post* principiorum *Ll* : prio- *Ta*[1]*Bg* 20 pauciora (+ vel paratiora *i. marg. add. Px*) *Ll*[2]*Pxg* 22 circa sunt *tr. Sc* 24 ipse + proprie *Sc* 25 admirandis *ScCn*[2] 26 consecuti *TaWsPxKo*[1] 28 pigritiam *ScPx*[1] 29 ad **om. Sc*

quia propter nullam eam querimus aliam necessitatem, sed, ut 982b25
dicimus, homo liber qui suimet et non alterius causa est, sic
et hec sola libera est scientiarum ; sola namque ea suimet causa
est. Propter quod et iuste non humana putetur eius possessio ;
multis enim in locis hominum natura ministra est, quare secun- 982b30
dum Simonida « solus quidem deus hunc habet honorem »,
virum vero non est dignum non querere que secundum se est
scientiam. Et si dicunt quid poete quia divinum invidet, et hoc 983a1
contingere maxime iustum est et infortunatos omnes imperfectos
esse. Sed nec divinum invidum esse convenit, sed secundum
proverbium multa mentiuntur poete, nec ea aliam honorabiliorem
oportet existimare. Nam maxime divina et maxime honoranda 983a5
et talis dupliciter ea sola ; quam enim maxime deus habet, divina
scientiarum est, tamen et si qua sit divinorum. Ea tamen sola
hec habet utraque, deus enim videtur causarum omnibus esse
et principium quoddam, et talem aut solus aut maxime deus 983a10
habet. Igitur ea quidem magis necessarie sunt omnes, dignior
vero nulla.

Oportet vero eius ordinem confirmare ad quod contrarium
nobis est a principio questionum. Initiatur enim, ut diximus, ab
omnium admiratione si ita habet, quemadmodum mirabilium
automata nondum speculantibus causam aut circa solis conver- 983a15
siones aut diametri non commensurationem (mirum enim videtur
esse omnibus, si quid non minimorum non mensuratur) ; oportet
autem in contrarium et dignius iuxta proverbium proficere,
quemadmodum et in hiis quando discunt ; non enim ita mirabitur

---

E($A^bTH^aE^ba$) 2 suimet (*cett.*)] αὐτοῦ 3 suimet causa (*cett.*)] αὐτῆς ἕνεκεν αὑτῆς 8 quid (*cett.*)] πη (*quia] καὶ) (*et²] ἐπὶ) 11 ea] τῆς τοιαύτης 13 *ea] ἂν εἴη sola (A^b)] μόνον habet ($H^a a$)] ἔχοι 19 ordinem (E^b, α, β)] κτῆσιν 20-21 initiatur ... omnium (? πάντας)] ἄρχονται ... πάντες : ἄρχονται ... πάντως H^a 26 ita mirabitur (A^b)] *tr.*

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) 1 quod *BgCn* 2 non] nullius *BgVuCn* 5 ministra est *KoBg*² : ministra *TaLlWsPx*¹ : -strar *Cn* : -strat *cett.* 8 quid] -dem *LlKoCn* divinum quia (*an* et *scrib.* ?) *tr. VuCn* et²] *an* in *scrib.* ? 10 contingit (*an recte* ?) *WsKo* 13 ea] *an* erit *scrib.* ? 14 tamen¹ *LlScWs* : tam *cett.* 15 utraque *ante* habet *Cn* : *om. Bg*¹*Vu*¹ 16 aut¹ *om Bg*¹*Vu*¹*Cn* 17 sunt *ScBg*² : inter (*om. Ko*²) *cett.* 19 contrarium quod *tr. LlScWsKo*² 21 omni *LlSc* : *om. Ws* 22 auto- *Nq* : anto- *vel* auto- *PxCn* : anto- *cett.* aut] ut *LlScKo*² 23 dyameter *Ll* non *om. TaWs* 23-24 esse videtur *tr. TaWsVuCn* 24 quid] -dem *PxCn* : quod *Ll* 25 etiam *LlSc* proficere] desinere (*an recte* ?) *Ta* : *an* perficere *scrib.* ?

983a20 vir geometricus, si non diametrum mensurabile fiat. Ergo que sit natura scientie quesite dictum est, et que sit intentio in qua oportet habere questionem et totam methodum.

[3] Quoniam vero manifestum hoc, causarum a principio
983a25 sumere scientiam oportet (tunc enim singula scire dicimus, quando primam causam non ignorare putamus), cause vero quadrupliciter dicuntur, quarum unam quidem causam dicimus esse substantiam et quid erat esse (reducitur enim ipsum quare primum ad rationem ultimam, causa vero et principium
983a30 ipsum quare primum), unam vero materiam, tertiam unde principium motus, quartam vero causam ei oppositam, et quod est cuius causa et bonum (finis enim generationis et motus omnis hoc est), ergo sufficienter et de hiis speculatum est in Physica,
983b1 accipiemus tamen et nobis priores ad entium prescrutationem venientes et de veritate philosophantes. Palam enim quia et illi dicunt principia quedam et causas ; supervenientibus igitur que
983b5 nunc est erit aliquid viceopus via ; aut enim aliud cause genus inveniemus aut modo dictis magis credemus.

Primum quidem igitur philosophantium plurimi sola que sunt in materie specie putaverunt omnium esse principia ; nam ex quo sunt omnia entia et ex quo fiunt primo et in quod corrumpuntur
983b10 in fine, substantia quidem manente passionibus vero mutata, hoc est elementum et id principium dicunt esse eorum que sunt, et propter hoc nec generari nichil putant nec corrumpi, quasi tali natura semper conservata, sicut enim dicimus Socratem
983b15 neque generari simpliciter quando fit bonus aut musicus neque corrumpi quando deponit habitus illos, cum subiectum maneat

---

E($A^bTH^aE^b\alpha$) 1 geometricus] + ὡς non (*T*)] *om.* 2 scientie quesite (A^b)] *tr.* 4 hoc] ὅτι 10 materiam] + καὶ τὸ ὑποκείμενον 13 speculatum est (τεθεωρημένον H^a : τεθεώρηται A^b)] τεθεωρημένων

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) 1 commensurabile *LlScKo* 4 manifestum + est *WsPx*^{1} 5 dicimus *LlSc* : nos dicimus *Ws* 10 tertiam (-a *Bp*) + vero (*an recte* ?) *Bp* 12 et^2 *om. TaWs*^{1}*Ko*^{1}*Bg*^{1}*Cn* omnis (*ante* enim *Ws*) motus *tr. Ta* : *om. Cn*^{1} 13 hic (?) *Ll* 15-16 dicunt illi *tr. Sc* 17 vice- *scr.* : vie *Ll*^{1}*Ko*^{2} : /// *Bg*^{1} : vite *cett.* enim *om. BgVu*^{1}*Cn* cause *post* genus *Ko* : esse *Vu*^{1} : omne *ante* aliud *Sc* 19 philophantium *Ta* 21 et^1 *om. Sc*^{1} fiunt] sunt *Ko*^{1}*Cn* : [*Vu*] 22 manente + in *LlScKo* 23 est *om. Px*^{2}*Ko*^{1}*Vu*^{1} illud *Px* : ad *Ws*^{1} : *om. Ws*^{2} 24 nec^1] neque *Ll* : *om. Px*^{2} *BgVuCn* 25 conservata + sint *Ll*^{1} Socratem dicimus *tr.* (*an recte* ?) *Px* *BgVuCn* 26 musicus *Px* : -um *TaWsBgVuCn* (vel cum) 27 deponit *om. Ta*^{1}

Socrates ipse, similiter nec aliorum nichil ; oportet enim esse aliquam naturam aut unam aut plures una ex quibus fiant alia, illa conservata. Pluralitatem vero et speciem talis principii non idem omnes dicunt. Tales enim, talis principeps philosophie, aquam 983b20 ait esse (unde et terram esse super aquam asserebat), forsan enim opinionem accipiens quia cunctorum nutrimentum humidum videtur esse et ipsum calidum ex hoc factum esse et animal hoc vivere (ex quo vero fit aliquid, hoc est principium omnium), 983b25 — propter hoc igitur eam est accipiens existimationem, et quia cunctorum spermata naturam habent humidam, aquam vero nature principium humidis esse. Sunt et aliqui qui antiquiores et multum ante que nunc est generationem et primos theologizantes sic putant de natura existimandum ; Occeanum 983b30 enim et Thetim generationis parentes fecerunt, sacramentumque deorum aquam, Stigem a poetis vocatam ; honorabilius enim quod antiquius, sed sacramentum quod honorabilius. Ergo si qua antiquior et senior fuit de natura opinio, forsan est non 984a1 manifestum, Tales autem hunc modum affirmare dicitur de prima causa (Ypona enim non est quid ponere dignatus cum hiis propter sue imperfectionem sententie) ; Anaxiemenes autem 984a5 et Diogenes aerem priorem aqua et maxime principium simplicium corporum ponunt, et Ippassus Metapontinus et Eraclius Ephesius ignem, Empedocles vero quatuor, cum dictis terram addens (et ea namque dixit semper manere et non fieri sed 984a10 pluralitate et paucitate, concreta et discreta in unum ex uno) ; Anaxagoras vero Clazomenius, isto quidem etate prior, factis

---

E($A^bTH^aE^ba$) 6 (enim] *om.*) opinionem (*TH*$^aE^b$)] + ταύτην 8 aliquid (*H*^{a})] *om.* 11 esse (*A*^{b})] ἐστι 16 honorabilius] + *ἐστιν 19 quid] τις 20 imperfectionem (ἀτέλειαν α)] εὐτέλειαν 24 et^1] *τέταρτον (dixit] *om.*) sed (ἀλλ' *A*^{b})] ἀλλ' ἤ 25 unum] + *τε καὶ

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) 1 similiter + autem *BgCn* 2 fiunt *Ll*, (?)*Ko* : sunt *Sc* alia + omnia *Sc* : omnia *Ll*^{1} : *om. Ko*^{2} 3 illa *om. Sc*^{1} 4 Tales] thales *Vu*^{2} 7 esse^2] est *Px*^{2}*Cn* 8 fit vero *tr. TaSc* 9 estimationem *ScKoBg* : exsti- *Cn* : exti- *Vu* 11 natura (+ vel nature *i. marg. add. Px*^{2}*Vu*^{2}) *PxBgVuCn* 13 esti- *PxKoBg* : exti- *Vu* : *an* -are *scrib.* ? oceanum *Ta*^{1}*Ws* 14 -que] quoque *Sc* : *om. Ta*^{1} 16 sacramentum + *est (*an recte* ?) *Vu* 18 hunc *post* modum *LlWsPxBgCn* : *om. Vu*^{1} dicimus *Sc* 19 Ypona] ///// *Ta*^{1} quid *ante* non *BgCn* : -dem *Vu* ponere *post* hiis (20) *BgCn* 20 anaximenes *Sc*^{2}*Ko*^{2}*Vu*^{2} : anaraximenes (?) *Px* 21 principium *om. Vu*^{1}*Cn* 22 corporeum *Ta*^{1} eraclitus (*an recte* ?) *WsVu*^{2} : ? *Cn* 23 vero *om. Bg*^{1}*Vu*^{1}*Cn* 24 et^1] *quartum et *Vu*^{2} : *an* quartum *scrib.* ? 25 unum + *et (*an recte* ?) *Vu* 26 dazomenius *TaBgVuCn* : dacomenius *Ko*^{1}

vero posterior, infinita dixit esse principia ; nam fere omnia
984a15 partium consimilium ut ignem aut aquam ita generari et corrumpi ait, concretione et discretione solum, aliter autem nec generari nec corrumpi sed permanere sempiterna.

Ex hiis igitur solam quis causam cognoscat eam que est in materie specie dicta. Procedentibus autem sic, res ipsa viam
984a20 eis fecit et querere coegit ; si enim quia maxime omnis corruptio et generatio ex aliquo uno aut pluribus est, quare hoc contingit et que ipsa causa ? Non enim subiectum facit transmutare se ipsum ; dico autem veluti neque lignum neque es alterutrum suimet mutandi est causa, neque enim lignum facit lectum neque
984a25 es statuam, sed aliud aliquid mutationis est causa. Hoc autem querere est aliud principium querere, et ut si dicamus, unde est principium motus. Igitur omnino qui talem a principio viam tetigerunt et unum esse subiectum dixerunt se non aggravabant,
984a30 verum quidam unum esse dicentium, quasi ab ea questione devicti, ipsum unum immobile dicunt esse et naturam totam non solum secundum generationem et corruptionem (hoc et enim antiquum est et quod omnes esse confessi sunt), verum
984b1 et secundum aliam mutationem omnem ; et hoc eorum est proprium. Unum ergo solum dicentium ipsum omne nulli talem intelligere causam contingit nisi Parmenidi, et huic in tantum
984b5 quod non solum unum sed et duas ponit esse causas ; plura vero facientibus magis convenit dicere, ut ipsum calidum et frigidum aut ignem et terram ; utuntur enim quasi mobilem habente naturam igne, aqua vero et terra et huiusmodi econtrario.

E($A^bTH^aE^ba$) 2 ignem ... aquam] *tr.* 5 cognoscat (νοήσειεν H^aE^ba)] νομίσειεν (8 aut (A^ba)] + καὶ) 11 neque² (*a*)] ὁ δὲ (19 quod ... esse] *om.*) 21 dicentium] + *εἶναι 22 (contingit] συνέβη) 24 ipsum (τὸ *T*)] τοῖς

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) 1 dicit (*an recte* ?) *Px* 2 consilium (-sci-*Bg*) *BgCn*¹ et corrumpi] corrumpique *LlSc* 3 contractione *Sc* 5 causam *ante* quis *Ws* : *post* cognoscat (noscat *WsPx*) *Ko* est *om. Sc* 9 causa *om. Ta*¹ facit (fe- *Ta*) subiectum *tr. TaLlScKo***g** 10 veluti] puta *Vu* : *om. Bg*¹ neque¹ *om. Ta* 11 permutandi *LlScKo***g** : inmitandi *Bg* causa est *tr. KoVu* 13 et *om.* (*an recte* ?) *LlScKoVu***g** 14 ergo *BgVu* 15 se] sed *Ta* 16 quidem *WsPx* 17 naturam + verum *i. marg. add. Px*² : verum *Bg* 20 ct¹] etiam *Sc* hoc + intelligere *Ta*¹ 21 dicentium solum *tr. Ll* ipsa *Ta*¹ omne] *esse *WsBgVu*,(?)*Cn* : *an* omne esse *scrib.* ? 22 intelligere *post* causam *Ko* : *om. Ta*¹ convenit *LlSc***g**,(?)*Ko* 23 esse *om. TaLlScKo* 24 et] aut *WsPx*²*KoBgVuCn* 25 habentem *ScWsVu*

Post hos autem et talia principia, ac si non sufficiant existentium generare naturam, iterum ab ipsa veritate, velut aiebam, 984b10
coacti habitum quesierunt principium. Ipsius enim esse et bene
hec quidem eorum que sunt habere illa vero fieri forsan neque
ignem neque terram neque aliud aliquid talium nichil nec conveniens causam esse nec illos conveniens existimare ; nec iterum
ipsa automata et fortune tantum immutare bene habere. Dicens 984b15
et aliquis intellectum unum esse, quemadmodum in animalibus
et in natura causam et mundi et ordinis totius ut purificans
apparuit priores preter convenientia dicentes. Palam quidem
Anaxagoram hos sermones tetigisse, attamen habet prius [sed]
Hermotimus Clazomenius causam dicendi. Ergo sic opinantes 984b20
simul ipsius bene causam principium existentium esse posuerunt, et tale unde motus existentibus inest.

[4] Suspicatus autem est aliquis Esiodum primum quesivisse huiusmodi, et si quis alius amorem desiderium in existentibus quasi principium posuisset, ut Parmenides ; et enim hic temptans 984b25
monstrare universi generationem, primum quidem ait deorum
amorem fore providentem omnibus, Esiodus vero omnium
primum chaos fuisse, deinde terram latiorem amore, qui omnia
condecet immortalia, quasi necessarium sit in existentiis esse 984b30
causam que res ipsas moveat et congreget. Hos quomodo oportet distribuere quis sit prior, posterius iudicare possibile sit. Quoniam vero contraria bonis inesse videbantur in natura, et non solum
ordinatio et bonum, sed inordinatio et turpe, et plura que sunt 985a1

E($A^bTH^aE^ba$) 2 aiebam] *$\epsilon\tilde{\imath}\pi o\mu\epsilon\nu$ 3 *esse] $\epsilon\hat{\upsilon}$ 5 aliquid (A^b)] *om.* 7 (ipsa automata] $\tau\hat{\omega}$ $\alpha\dot{\upsilon}\tau o\mu\acute{\alpha}\tau\omega$) *immutare] + $\pi\rho\hat{\alpha}\gamma\mu\alpha$ 8 unum esse ($\hat{\epsilon}\nu$ $\epsilon\tilde{\imath}\nu\alpha\iota$)] $\grave{\epsilon}\nu\epsilon\tilde{\imath}\nu\alpha\iota$ 10 palam] + *$\tilde{\imath}\sigma\mu\epsilon\nu$ 16 amorem] + *$\tilde{\eta}$ 20 amore] $\mathring{\eta}\delta$' *$\check{\epsilon}\rho o\varsigma$ 22 causam ($\tau\grave{\eta}\nu$ $\alpha\dot{\imath}\tau\acute{\imath}\alpha\nu$ A^bH^a)] $\tau\iota\nu$' $\alpha\dot{\imath}\tau\acute{\imath}\alpha\nu$

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) 2 *aiebamus *Px*^{2} 3 quesiverunt *KoVuCn* : quasi sumitur (?) *Bg* esse] *an* eu *scrib.* ? 5 neque^2] nec *Sc* aliud aliquid *Px* : aliquid (a^{1}d) *TaWsBgVuCn* : aliquod *cett.* nec] neque *Ta* 6 existimare *BgCn* : exti- *Ws* : esti- *Ko* 7 automata *scr.* : autho- *Bg*,(?)*VuCn*^{1} : ant(h)o- *cett.* *an* rem *post* immutare *excidit* ? 11 Anaxagoram + *scimus *Vu*^{2}**g** sed (*om. Vu*^{1}) *exclud. Geyer* : *utrum* attamen ... sed *duplex lectio an* scilicet *pro* sed *scrib.* ? 12 hermomotinus (-ni *Cn*) *BgVu*^{1}*Cn*^{1} : heremotinus *Ta* clazo- *LlKo*^{2} : claro- *Sc* : clauzo- *TaPx* : clauge- *Vu* : clanze- *BgCn* : clando- *Ws* : damocenius *Ko*^{1} sic] si *Ta* 15 est autem *tr. ScPxKo* Esiodem *Px*^{1}*BgCn* 16 amorem + et (*an recte* ?) *LlWs*^{2}**c** : + *aut *Vu*^{2}**g** 18 ait *ante* quidem *Ko* : *om. Vu*^{1} 20 amorem (*an recte* ?) *Px*^{1}*Vu***g** : et amorem *Geyer* 21 in *om. Px*^{2}*Ko*^{1}*BgCn* 22 oporteat *PxCn* 24 esse (*post* videbantur *Bg Vu*) *ScBgVu*^{1}

mala melioribus et prava bonis, sic alius aliquis amorem induxit et odium, singula singulorum causam horum. Si quis enim
985a5 exsequatur et accipiat ad sententiam et non ad que balbutiendo dicit Empedocles, inveniet amorem quidem causam esse agathorum odium vero malorum ; ergo si quis dixerit modo quodam Empedoclem dicere et primum dicere bonum et malum prin-
985a10 cipia, forsan bene dicet, si bonorum omnium ei bonum est causa et malorum malum.

Igitur isti, sicut diximus, et usque ad hoc duas causas tetigerunt quas in Physicis determinavimus, materiamque et id unde motus, obscure quidem et non manifeste sed qualiter in
985a15 bellis ineruditi faciunt ; et enim illi circumducti sepe bonas percutiunt plagas, at nec illi ex scientia nec isti visi sunt scientibus dicere quod dicunt ; hiis et enim fere non usi videntur nisi parum. Anaxagoras quidem artificialiter ad mundi generationem
985a20 utitur intellectu ; nam quando dubitat qua causa ex necessitate est, tunc attrahit ipsum, in aliis vero omnia magis causatur quam intellectum, et Empedocles plus quidem hoc utitur causis, sed nec sufficienter, nec in hiis invenitur quod confessum est. Multis igitur in locis id amor quidem secernit odium vero con-
985a25 cernit. Nam cum in elementa quidem ipsum omne ab odio distrahitur, tunc ignis in unum et aliorum elementorum singula concernuntur ; cum autem iterum in unum ab amore conveniunt, necesse rursum ut ex singulis particule secernantur.

985a30 Empedocles igitur inter priores primus causam eam dividens induxit, non unum faciens motus principium sed diversa et contraria ; amplius autem que in materie specie sunt dicta

---

E($A^bTH^aE^b$a) 6 bonum ... malum] *tr.* 7 ei ($a\dot{\upsilon}\tau\hat{\omega}$ *Ta*)] $a\dot{\upsilon}\tau\grave{o}$ 15 quidem ($\tau\epsilon$ H^a)] $\tau\epsilon$ $\gamma\grave{a}\rho$ 17 causatur] + $\tau\hat{\omega}\nu$ $\gamma\iota\gamma\nu o\mu\acute{\epsilon}\nu\omega\nu$ 19 *invenitur (a)] $\epsilon\dot{\upsilon}\rho\acute{\iota}\sigma\kappa\epsilon\iota$ 20 id] $a\dot{\upsilon}\tau\hat{\omega}$

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) 1 sic *om. LlSc* aliquis alius *tr. KoBgVuCn* 3 exsequ- *TaKo* : exequ- *cett.* 4 invenit Ta^1 esse causam *tr. Sc* 5 quodam modo *tr. LlScWsKog* 7 dicit *Ll* omni (?) *TaSc* 8 et *om. Ta* 9 sic *Ll* et] quo- Px^1Vu^1 : eo Px^2BgVu^2Cn 10 materiam Ll^2WsVu : namque Ll^1 et *om.* Ta^1 id *om.* Ta^1WsPx^2 12 bellis + et Px^2BgVu^1Cn ineruditis Ll^1 13 percutiunt] faciunt *post* plagas *LlScKog* visi *scr.* : usi *codd.* 14 et *om.* Sc^1Ws 15 Anaxagoras + autem *LlKo* quidem + autem *Sc* 17 est *om.* $WsPx^1$ creatur Ta^1 : *om.* $BgCn^1$ 18 intellectus *BgVuCn* et] autem *post* Empedocles $Px^2BgVuCn$: *om. Ll* 19 *an* invenit *scrib.* ? 20 quidem *om. LlScKo* 21 in *om.* Ko^1BgCn^1 omne] esse *ScWs*,(?)*Vu* 23 convertuntur *Ll* : conveni- *Bg* : contrah- Vu^1 27 in *post* sunt *Vu* ; *om. TaPxBgCn*

elementa quatuor ⟨... quatuor⟩ sed ut duobus existentibus solum, igne quidem secundum se, oppositis vero quasi una natura, 985b1
terraque et aere et aqua. Sumat autem aliquis id speculans ex elementis. Hic ergo, sicut diximus, sicque et tot dixit principia.
Leucippus vero et amicus eius Democritus elementa quidem 985b5
plenum et inane dicunt esse, dicentes velut hoc quidem ens illud vero non ens, horum autem plenum quidem et solidum ens, inane vero non ens (quare non magis ens non ente dicunt, quia nec inane corpore), ea vero causas entium, ut materia. Et quem- 985b10
admodum qui unum faciunt subiectam substantiam alia passionibus eius generant, rarum et spissum principia passionum ponentes, eodem modo et hii differentes causas aliorum esse dicunt. Et eas tres dicunt esse, figuram quidem et ordinem et positionem ; differt enim, ait, ens rismo aut diathigi et tropi 985b15
solum ; horum autem rismos figura est et diathigi ordo et tropi positio ; differt enim A ab N figura, N vero ab A ordine, Z autem ab N positione. De motu vero, unde aut quomodo inest existentibus, et hii aliis similes negligenter dimiserunt. Ergo de duabus 985b20
causis, ut diximus, in tantum quesitum esse prius visum est.

[5] In hiis autem et ante hos vocati Pythagorici mathematica tangentes primi ea produxerunt, et in eis nutriti horum principia 985b25
cunctorum entium esse principia putaverunt. Horum autem quoniam numeri natura sunt primi, et in numeris visi sunt multas

---

E($A^bTH^aE^b\alpha$) 1 (*⟨... quatuor⟩] *πρῶτος — τέτταρσιν* (985a32-33)) 2 solum (H^aE^b)] **μόνοις* (4 *elementis] *ἐπῶν*) 8 inane] + *τε καὶ μανὸν* non ente] + *εἶναι* 9 materia (H^aE^b)] **ὕλην* 12 differentes (? *διαφόρους*)] *διαφορὰς* 16 N^2 ... A^2] *AN ... NA* (18 similes] *παραπλησίως*) 23 quoniam (*cett.*)] *ἐπὶ*

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) 1 ⟨... quatuor⟩] dixit esse (*e contaminatione vel coniectura ?*) $Px^2BgVuCn$: esse *Ws* : *lacuna in memoria latina orta esse videtur* 2 *solis *LlKo**jc*** ignem *BgVuCn* 3 et aere *post* aqua *BgCn* 3-4 speculas [*sic*] earum in elementis (multis *BgCn* : *an* epis *scrib. ?*) *Sc* 4 dicimus (*an recte ?*) *PxBgVu* -que *scr.* : quot $Ta^2Px^2Cn^1$: *om.* Ko^1Vu : quod (*post* et Ll^1) *cett.* tot *Vu* : ut *cett.* 5 leokippus *Sc* : leuki- *Ll* : leoci- *WsPxVu* 6 vel ut *Ta* 7 quidem *om. WsKo* 8 magis + quidem *PxBgCn* 9 *materiam (*an recte ?*) $Ta^2LlScKoVu^2$**g** 10 substantiam subiectam (*om.* Vu^1) *tr.* Ta^1Vu^2 14 enim] autem *Sc* : *post* ens Ll^2 : *om.* Ll^1 ait Vu^2 : [*Ws*] : aut (*ante* rismo *Ll ScKo*) *cett.* et] aut *ScPx*^{2}*KoBgCn* : [$WsVu^1$] 16 vero *om. LlScKo* Z] et *ScWs* autem] ā *Sc* : a.ut *Bg* : a. *Ws* 17 N] .a. Px^1 : a.H. *BgCn* 18 aliis + in hoc *LlScKo* negligentes *Ta* 19 esse quesitum *tr. ScKo* 23 natura (*om.* $ScCn^2$) quoniam (quam *Bg* : *om.* $WsVu^1$) numeri primi sunt *tr. BgCn* sunt multas visi (nixi *Ll*) *tr. Sc* ; multas sunt visi *tr. BgCn*

speculari similitudines existentibus et factis, magis quam in igne
et terra et aqua, quia hec quidem talis numerorum passio iustitia
985b30 illa vero talis anima quidem et intellectus alia vero tempus et
aliorum, ut sic dicatur, singulorum similiter ; amplius autem
armoniarum in numeris speculantes passiones et rationes ; —
quoniam et alia quidem numeris secundum naturam assimilari
986a1 visi sunt omnem, et numeri sunt omnis nature primi, elementa
numerorum entium elementa cunctorum esse existimaverunt et
totum celum armoniam esse et numerum ; et quecumque habebant
986a5 confessa monstrare et in numeris et in armoniis ad celi passionem
et partes et ad totum ornatum, ea colligentes adaptabant. Et
si quid deficiebat, advocabant continuatum esse eis omne nego-
tium ; dico autem, quoniam ut perfectus denarius esse videtur
986a10 et omnem comprehendere numerorum naturam, et que secundum
celum feruntur decem esse dicunt, novem quidem solum existen-
tibus manifestis ideo antitonam decimam faciunt. Et de hiis
certius est in aliis determinatum. Sed cuius gratia advenimus,
986a15 hoc est ut et de hiis tractemus que ponunt esse principia et
quomodo in dictas cadunt causas. Videntur igitur et hii numerum
putare principium esse et quasi materiam existentibus et quasi
passiones et habitus, numeri vero elementa par et impar, et
quidem hoc finitum illud vero infinitum, sed et unum ex hiis
986a20 utrisque esse (et enim par esse et impar), numerum vero ex uno,
et numeros, sicut dictum est, totum celum.

Eorundem autem alii decem dicunt esse principia secundum

E(*A*^{b}*TH*^{a}*E*^{b}*a*) 4 singulorum (ἑκάστων)] ἕκαστον 7 visi (*A*^{b})] *ἐφαίνετο omnem (*A*^{b}*Ta*)] πᾶσιν 13 quoniam ut] *tr.* 15 solum (*TE*^{b})] μόνων 21 *et^3] τούτων δὲ

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) 2 et terra *post* aqua (*an recte* ?) *TaLlSc* quia] quare *Ll* 3 intellectu (?) *Ta* 5 in numeris *post* speculantes *ScKo* 7 *visa *Ta*^{2}*Ll*^{1}*Sc* elementa + vero *Sc* 8 existentium *LlScKoVu*^{2}**g** exti- *WsPxVu* : exsti- *Cn* : esti- *Bg* 9 esse *post* numerum *Sc*^{1} habeant (?) *Ll* 10 armoniis + et *ScKo* *an* passiones *scrib.* ? 11 totum *ante* ad *TaLlSc* : *post* ornatum *KoBgCn* 12 continuum *Px*^{2}*BgCn* esse *post* eis (*om. Ws*) *BgCn* : *om. Ll* 13 quoniam *om. Ta*^{2}*Ko*^{1} denarius perfectus *tr. BgCn* 14 naturam] numerum *Ll* 15 decem ... novem] X ... IX *Ta LlScWsKo* dicunt esse *tr. BgCn* 17 determinatum *WsCn*^{2}*Nq* : terminatum *cett.* 18 ponunt *scr.* : possunt *codd.* 19 cadunt *scr.* : cladunt *Nq* : claudunt *cett.* hii *om. BgCn* 20 materiam] naturam *LlWsKo*,(?)*Sc* 21 et^3 — impar (23) *om. Sc*^{1} *an* horum *post* et^3 *excidit* ? 22 hoc quidem *tr.* (*an recte* ?) *BgCn* : [*Sc*^{1}] 24 sicut] ut *BgCn* 25 autem *om. BgVu*^{1}*Cn* decem] X *TaLlScWsKo*

coelementationem dicta, finitum infinitum, par impar, unum plurale, dextrum sinistrum, masculinum femininum, quiescens 986a25
motum, rectum curvum, lucem tenebras, bonum malum, quadrangulare longius altera parte. Quemadmodum videtur Alcmeon
5 Crotoniatis suscipere, et aut hic ab illis aut illi ab hoc hanc receperunt rationem ; et enim fuit etate Alcmeon sene existente 986a30
Pythagora, hiis vero valde similiter enuntiavit ; nam ait esse duo que multa sunt humanorum, dicens contrarietates non sicut hii determinatas sed fortuna contingentes, ut album nigrum, dulce
10 amarum, bonum malum, magnum parvum. Hic quidem indeterminate proiecit de ceteris, Pythagorici vero et quot et quas 986b1
contrarietates denuntiant. Ex hiis igitur ambobus tantum est accipiendum, quia contraria sunt existentium principia ; quot vero ab aliis, et que hec sunt. Quomodo etiam ad dictas conducere 986b5
15 causas contingit, plane quidem non est articulatum ab illis, videntur autem ut in materie specie elementa ordinare ; ex hiis enim ut ex eis que insunt constitui et plasmari dicunt substantiam. Antiquorum igitur et elementa nature plura dicentium ex hiis speculari sententiam sufficit. 986b10
20 Sunt autem aliqui qui de omni quasi una natura enuntiaverunt, modo vero non eodem omnes neque ipso bene neque ipso secundum naturam. Igitur ad presentem causarum perscrutationem nullatenus de eis sermo congruit ; non enim ut physiologorum quidam qui unum posuerunt ipsum ens tamen generant quasi 986b15

E($A^bTH^aE^ba$) 1 par impar] *tr.* 1-3 *et *quinquies* (A^b)] *om.* 6 Alcmeon (α, β)] + ἐπὶ 10 magnum parvum (A^b)] *tr.*

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) 1 coelementationem + esse *Ll*[1] finitum + *et (*an recte ?*) *ScPx*[2]*BgCn* par + *et (*an recte ?*) *ScWsPxBgVuCn* unum + *et (*an recte ?*) *PxBgVuCn* 2 dextrum + *et (*an recte ?*) *Px* masculum *Ta* 3 bonum + *et (*an recte ?*) *KoBgCn* 4 videtur *om. BgCn* alcineon *Ta* : altyneon *Ll* 6 etati *Ta* altineon *TaLl* 7 pintagore *BgCn* enuntiavit *Ko* : enarra- *Vu* : *fol. pessumdatum Sc* : enumera- *cett.* 10 malum bonum *tr. BgCn* magnum parvum *om. Sc*[1] hoc *Ll* 11 pitagori *Ta* et[1] *om. Ta* 12 contrarietates + non *Sc* denuntiavit *Px*[1] : -tiatum *Ta*[1] : determinant *ScKo* : enuntiaverunt (?) *Ws*[2]**g** : ////// (?) *Ws*[1] 13 quot vero *Vu*[2] : q / vero *Vu*[1] : quod non *cett.* 14 hec *post* sunt *Sc*[2] : ab hoc *BgCn* : *om. Sc*[1] quomodo] quoniam *Ws*,(?)*Ta*[1] etiam] et *Px*[2]*BgCn* 14-15 contingit causas concludere [*sic*] *tr. Ll* 16 videtur *Ll* 17 hiis *PxKo*[1]*BgCn* plantari *Ll* : plamari [*sic*] *Vu* 18 et *om. BgVu*[2]*Cn* 20 qui *om. BgCn*[1] quasi + de *TaWs* enuntiaverant *Ta* : enunctia- *Px* : denuntia- *Sc* 21 vero] autem *BgCn* ipso[1] + quidem *BgCn* 23 sermo *ante* de *Ll* 24 genera / / *Sc*[1] : -atur *PxVu* : -ari *Cn* : -at *Ws* : -a (+ aut *Ta*[1]) *Ta*[1]*Bg*

ex materia ex uno, sed alio dicunt hii modo ; illi namque ei quod dicunt motum apponunt, ipsum omne generantes, hii vero immobile dicunt esse. Non quidem sed tantum est presenti proprium inquisitioni : Parmenides enim videtur unum secundum
986b20 rationem tangere, Melissus vero ipsum secundum materiam (quare hic quidem finitum ille vero infinitum id ait esse) ; Xenophanes vero primus horum unum dicens (Parmenides enim huius dicitur fuisse discipulus) nichil explanat, neque de natura neutra visus est hos tangere, sed ad totum celum respiciens ipsum unum
986b25 dicit esse deum. Igitur hii, sicut diximus, pretermittendi sunt ad presentem questionem, duo quidem omnino quasi parum agrestiores, Xenophanes et Melissus ; Parmenides vero magis videns visus est dicere ; nam preter ens non ens nichil dignatus
986b30 esse, ex necessitate ens opinatur unum esse et aliud nichil (de quo manifestius in Physicis diximus), coactus vero apparentia sequi, et unum quidem secundum rationem plura vero secundum sensum suscipiens esse, duas causas et duo principia rursum ponit,
987a1 calidum et frigidum, ut ignem et terram dicens ; horum autem, quod quidem est secundum ens calidum ordinat alterum vero secundum non ens.

Igitur ex dictis et de consedentibus iam ratione sapientibus ea accepimus, a primis quidem principium esse corporeum (aqua
987a5 namque et ignis et similia corpora sunt), et ab hiis quidem unum ab illis vero plura principia corporea, utrisque quidem ea quasi in materie specie ponentibus, a quibusdam vero eamque causam ponentibus et cum ea illam unde motus, et eam ab hiis unam
987a10 ab illis vero duas. Igitur usque ad Italicos et absque illis obscurius

---

E(A^b*TH*^{a}*E*^{b}*a*) 1-2 ei quod dicunt] *om.* 7 huius ($A^b H^a a$)] ὃς τούτου 8 fuisse (A^b)] *om.* 8-9 neutra visus est hos (A^b)] τούτων οὐδετέρας ἔοικε *tr.* 9 respiciens (*cett.*)] *om.* 27 obscurius (μορυχώτερον *Al. γρ., fort. Asc.*)] μετριώτερον

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) 1 sed + ex *Vu* quod] qui (?) *Sc* 2 motunt *Ll* hii vero *Vu*^{2} : hii *Ws*^{2} : huiusmodi *cett.* 3 non *scr.* : unum *LlNq* : unde *cett.* quidem *post* tantum *Ko* : quid *LlWs* sed *LlWs* : *om. Ko* : secundum *cett.* 4 inquisitioni] speculationi *WsBpg* 5 materiam] naturam *Sc* 6 vero *om. Ta* Zenophantes *Sc* 7 enim *om. PxKo*^{1} 8 explanavit (*an recte* ?) *Px*^{2}*Vu*^{2} : -aret (?) *Ta*^{1} 9 hos *om. Sc* ipse *BgCn* 10 sicut] quos *Ll* 12 agrestiores + scilicet *PxBgCn* Zeno- *Sc* mellissus *ScPx* : melipsus *Vu* vero *Ko* : enim *cett.* 13 dignatus + est *Ko*^{2}*Cn*^{2} 16 vero] autem *BgCn* 17 sensum *om. Ta* rursus *ScKo* ponit + esse *BgCn* 21 de consed- *scr.* : idem conced- *codd.* 23 et^1 *om. BgCn* 26 unam + et *Ta*

dixerunt alii de hiis, et tamen, ut diximus, duabus sunt causis usi, et harum alteram hii quidem unam, illi vero duas faciunt, ipsam unde motus. Pythagorici vero quidem duo principia dixerunt secundum eundem modum, tantum autem addiderunt 987a15
quod et proprium eorum est, quia finitum et infinitum et unum non alias aliquas putaverunt esse naturas, ut ignem aut terram aut aliud aliquid tale, sed infinitum ipsum et unum ipsum horum esse substantiam de quibus predicantur ; quapropter numerum esse substantiam omnium. De hiis igitur secundum hunc enun- 987a20
tiaverunt modum, et de ipso quid est dicere et diffinire ceperunt et valde simpliciter tractaverunt. Superficialiter enim diffinierunt, et cui primum inest dictus terminus, hoc esse substantiam 1ei putaverunt, ut si quis existimet idem esse duplum et dualitatem, 987a25
eo quod primum inest duobus duplum. Sed fortasse duplo et dualitati non idem est esse ; sin autem, multa unum erunt, quod et illis contigit. De prioribus igitur et aliis tot est accipere.

[6] Post dictas vero philosophias Platonis supervenit nego- 987a30
tium, in multis quidem hos sequens, alia et propria preter Italicorum philosophiam habens. Nam ex novo consuetus conveniens Cratulo et Eracliti opinionibus, quasi sensualibus omnibus semper defluentibus et scientia de eis non existente, ea quidem posterius ita suscepit ; Socrate vero circa moralia negotiante et 987b1
de tota natura nichil, in hiis quidem universale querente et de diffinitione primo sententiam insistente, illum recipiens propter huiusmodi suscepit, quasi de aliis hoc eveniens et non sensualium 987b5
aliquo ; impossibile namque est communem rationem esse alicuius sensualium semper transmutantium. Sic itaque talia quidem

---

E(A^b*TH*^{a}*E*^{b}*a*) 1 hiis (*cett.*)] τῶν αὐτῶν 5 et unum ($A^b H^a$)] *om.* 12 primum (πρώτως A^b)] πρώτῳ 19 propria (*cett.*)] ἰδίᾳ 20 consuetus conveniens] συγγενόμενος πρῶτον : συνήθης γενόμενος πρῶτον A^b 23 ita (*cett.*)] οὕτος 28 sic ($A^b E^b a$)] οὕτος

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) 1 dixerunt *post* hiis *BgCn* 2 alii *Sc* 5 et^1 *om. TaVu* 7 aliquid aliud *tr. WsVu* ipsum^2] -orum *Ta* 7-8 esse horum *tr.* (*an recte* ?) *TaWs* 10 quid] quia *Ta* 12 est *Sc* 13 duplum + et non duplum *Sc*^{1} 14 sed — esse (15) *om. TaPxBg*^{1}*Cn*^{1} fortassis *Bg*^{2}*VuCn*^{2}***jc*** 15 est idem *tr. Bg*^{2}*VuCn*^{2} 16 contigit *Ko* : -venit *Sc* : -tingit *cett.* 16-17 accipere est *tr. BgCn* 19 preter *Vu* : propter (*an recte* ?) *cett.* 21 craculo *Ll* : cratullo *Vu*^{2} : circulo *WsBgVu*^{1},(?)*TaCn* : oculo *Px* quasi + de *Px*^{2}*BgCn* 24 quidem in hiis *tr. Sc*^{1} 27 aliquo — sensualium (28) *om. Ta*^{1} 28 transmutatum *Sc*^{1}

ydeas et species existentium appellavit, sensualia vero propter ea et secundum ea dici omnia ; nam secundum participationem
987b10 esse multa univocorum speciebus. Participationem vero nomine transmutavit ; Pythagorici namque existentia dicunt esse numerorum imitationem, Plato vero participationem, nomen transmutans. Participationem quidem, hoc est imitationem, que si sit specierum, in communi querere dimiserunt. Amplius autem
987b15 preter sensibilia et species mathematica infra res dicit esse, differentia a sensibilibus quidem quia sempiterna sunt et immobilia, a speciebus vero quia multa sunt quedam similia ; species enim eadem una singula solum. Quoniam autem species et cause sunt aliis, illarum elementa omnium putaverunt existentium
987b20 esse elementa. Ergo quasi materiam magnum et parvum esse principia, quasi vero substantiam unum ; ex illis enim secundum participationem unius species esse numeros. Et unum esse substantiam, et non aliud ens dici unum, fere ut Pythagorici
987b25 dixerunt, et numeros esse causas cunctis substantie similiter ut illi ; pro infinito vero quasi uno dualitatem fecere et infinitum ex magno et parvo, hoc est proprium. Amplius hic quidem numeros preter sensibilia, illi vero numeros esse dicunt res ipsas,
987b30 et inter hec mathematica non ponunt. Unum igitur et numeros preter res ipsas facere, et non ut Pythagorici, et specierum introductio in rationibus propter perscrutationem evenit (priores enim dialetica non participaverunt) ; dualitatem vero fecere naturam aliam, quia numeri extra primos naturaliter ex ea generantur
988a1 velut ex aliquo echmagio. Attamen econtrario contingit ; non

---

E($A^bTH^aE^b a$) 1 et specics] *om.* (1-2 *propter ea] *παρὰ ταῦτα*) 3 univocorum (A^b)] + *ὁμώνυμα* nomine (A^b)] + **μόνον* 5 imitationem (*T*)] *μιμήσει* participationem] *μεθέξει* (11 et] *om.*) 12 putaverunt] **ὠήθη* 16 unum (*cett.*)] *εἶναι* 17 dixerunt] *ἔλεγε* cunctis (*T*)] *ἄλλοις* 18 *fecere] *ποιῆσαι* 24 *fecere] *ποιῆσαι*

TaLlSc(*WsPxKoBgVuCn*) 1-2 propter ea] p / / Ta^1 : *an* preter ea *scrib.* ? 2 ea²] omni Ta^1 : *om. BgCn* 3 nomine + *solo *Ll*(***jc***) 4 dicunt existentia *tr. BgCn* 5 imi- scr. : [*Ko*] : immu- (+ que si sit specierum in communi querere dimiserunt *Sc*) *cett.* 6 imi- *KoVu*² : immu- *cett.* 7 autem *om. Ta WsKo* 8 intra (*an recte* ?) *Bg*,(?)Bp^1 : -ter *Cn* : -termedia Vu^2 re Ta^1 esse + et *LlSc* 9 sensualibus *LlScKo* 11 causa Ta^1 12 putarunt (?) *Vu* : *-vit (*an recte* ?) *LlBp*² 13 elementa esse *tr. ScKoBgCn* 15 esse¹ + et *Ll* 18 dualitatum *Sc* *an* facere *scrib.* ? 19 ex] et *BgCn* hoc + eius *Ll* 22 fecere *Vu* ut *om. Ll* 23 persecutionem *Ta* : scrutationem *Ws* 24 fecerunt *ScKo* : *an* facere *scrib.* ? 25 aliquam *Sc* : a materia *Ll* generatur *BgCn*

enim ita rationale. Nunc enim ex materia multa faciunt, species vero semel generant solum, videtur autem ex una materia una mensa, speciem autem qui inducit unus existens multas facit. Similiter quoque se habet masculus ad feminam ; hec enim ab 988a5
uno impletur motu, ille vero multas implet ; et tales imitationes principiorum illorum sunt. Ergo Plato de quesitis ita diffinivit.

Palam autem ex dictis quia duabus causis solum est usus : ipsa que est eius quod quid est et ipsa secundum materiam 988a10
995b30 viduis dicuntur finalia aut prima, ut utrum animal aut homo principium, quia et magis est circa singularia. Maxime vero querendum est et tractandum utrum est aliquid preter materiam causa secundum se aut non, et hec separata aut non, et utrum
995b35 unum aut plura numero, et utrum est aliquid preter simul totum

---

E(A^b*TJa*) 3 unum ... idem] *tr.* et negare (*cett.*)] *om.* 4 et si (εἴ τ' A^b)] εἴτ' (7 *necessarium] τῶν ἀναγκαίων) (10 dixerunt] *om.*) 16 quorum] τίνος (20 existentium] ἐνυπάρχοντα) si (A^b*Ta*)] *om.* 22 (*quia] τε) circa (περὶ E^b*a*)] παρὰ 24 et[1] — non (A^b*Ta*)] *om.*

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 1 scientie] huius scientie *TaScBg*^{2}(***g***) scire *post* est *Sc* : *post* solum (2) *Ta* 2 ex] de *BgCn* 5 omnes *om. BgVuCn* 6 quidem hee *tr. BgVuCn* dicendum Bg^1Cn sint *BgVuCn* 7 *an* necessariorum *scrib.* ? querere] cognoscere *BgVuCn* 8 sunt[1]] sint *BgVuCn* alie] ille *Bg* : illi *Cn* univoce Ll^2Px^1 : uni Px^2 9 aut] an *BgVuCn* 10 igitur *ante* de *Ll* 11 solum *ante* circa *Ll* : *om. WsBg*^{1} 12 et] etiam *Sc* : *om. LlKo* huc *LlSc*,(?)*Ws* 13 et[3] *om. PxBgVuCn* 14 de[1] *om. ScKo* prioritate ... posterioritate Px^2*BgVuCn* et[2] + de *WsBg* et[3] + de *LlPx*^{2}*KoBgVuCn* aliis *post* omnibus *LlWs* : *post* talibus *Ko* quibus *Sc* 15 ex] et Bg^1Cn^1 16 inest *Sc* autem + de *Sc* : *om. BgVuCn* 17 quecumque *post* se *Sc* quod *Ta* 18 unum *post* est[2] *Sc* : *om. Ko*[1] 19 sint *LlPxBgVuCn* 20 de *om.* Ta^1*WsPx*^{1}$Ko^1$$Bg^1$*VuCn* 22 quia] *an* -que *scrib.* ? est *om.* Bg^1Cn^1 23 est[2]] sit *BgVuCn* 25 est aliquid preter] est aliquid preter sinolon id est Ll^2(***g***) : ||||||||||| Ll^1

(dico autem sinolon, quando predicatur aliquid de materia) aut nichil, aut de hiis quidem de illis vero non, et qualia talia existentium.

Amplius autem utrum principia numero aut specie determinata, 996a1
et que in rationibus et que in subiecto ? Et utrum corruptibilium et incorruptibilium eadem aut diversa, et utrum incorruptibilia omnia aut corruptibilium corruptibilia ? Amplius autem quod omnium difficillimum et plurimam habet dubitationem, utrum 996a5
unum et ens, quemadmodum Pythagorici et Plato dicebant, non diversum aliquid est sed entium substantia, aut non, sed diversum aliquid ipsum subiectum, ut Empedocles amorem dicit, alius vero ignem, alius aquam aut aerem ; et utrum principia sunt 996a10
universalia aut ut singularia rerum, et potestate aut actu ; amplius utrum aliter aut secundum motum ; hec enim dubitationem prestant magnam. Ad hec autem utrum numeri et longitudines et figure et puncta substantie quedam sunt aut non, et si substantie, utrum separata a sensibilibus aut in eis ? De hiis 996a15
enim omnibus non solum difficile veritatem ipsam inquirere sed nec dubitare in rationem facile bene.

[2] Primum ergo de quibus in primis diximus, utrum unius aut plurium scientiarum sunt speculanda omnia genera causarum. 996a20
Unius enim scientie quomodo erit non contraria existentia principia cognoscere ? Amplius autem multis existentium non insunt omnia ; quo namque modo possibile est motus principium esse in immobilibus aut boni naturam, si omne quod est bonum secundum se et propter suam naturam finis est et ita causa 996a25

E(*A*^{b}*TJa*) 4 autem] *om.* 9 dicebant (*E*^{2}*J*)] ἔλεγεν (12 vero] + τις) 17 separata] κεχωρισμέναι 24 omnia (*cett.*)] *πᾶσι πᾶσαι

TaLlSc(*WsPxKoBg* ; *VuCn*) 4 utrum + que *Ta*^{2}*Vu* : utrumque *Ta*^{1}*Ws*^{1} : utṛaque *Cn* numero *om. Sc*^{1} 5 corporalium *Bg*^{1},(?)*Cn* 6 et^{1}] aut *Ll* incorporalium *Bg*^{1} : *om. Cn*^{1} incorruptibilia + vel corporalia *s. add. Px* : incorporalia *Bg*^{1}*Vu* : incorporalia et incorporalium (?) *Cn* 7 corruptibilium corruptibilia] corporalium corporalia *Px*^{2}*Bg*^{1}*VuCn* autem + est *PxKoBgVuCn* 9 et^{1}] aut *Sc* 10 sit *Px*^{2}*KoBgVuCn* 11 ut — alius (12) *om. Bg*^{1}*Cn*^{1} 12 aut] et *BgCn* sint *TaWsBgVuCn*,(?)*Sc*^{2} 13 ut] et *Sc* : *om. LlKo* rerum *om. Bg*^{1}*Cn* aut^{2} *bis scr. Ll* 14 utrum *om. Ko*^{1}*Vu* 15 hec] huc *LlWs* 16 figura *Sc*^{1}*Cn*^{1} 17 si *om. Sc*^{1} 19 in *om. Ta*^{1} 20 quibus *post* primis *Ta*^{1} in *om. Ta* 21 earum *Sc* 22 enim] autem *BgVuCn* erunt *PxVu* existentia contraria *tr. KoBgVuCn* 24 insunt + *omnibus *Ws*^{2}*Bg*^{2}(*g*) quo] quando *Ta*^{1} 25 mobilibus *TaWsKoVu* bonum est *tr. Ll* 26 causa + est finis *Sc*

quia illius causa et fiunt et sunt cetera, finis autem et cuius causa actus cuiusdam est finis, sed actus omnis cum motu ? Quare in immobilibus non contingit id esse principium nec esse aliquid
996a30 autoagaton. Unde et in mathematicis nichil per eam ostenditur causam, nec est demonstratio nulla eo quod melius aut deterius, sed nec omnino nullus talium alicuius reminiscitur. Quapropter sophistarum quidam ut Aristippus eam preneglexit ; in aliis enim artibus et illiberalibus, ut tectonica et coriaria, et quod
996a35 aliquid melius vel deterius dici omnia, mathematicas vero
996b1 nullam de bonis et malis rationem facere.

Sed si causarum scientie sunt plures et diversa diversis principia, que earum est dicenda que queritur, aut quis maxime
996b5 rem quesitam est sciens eas habentium ? Convenit enim eidem omnes modos causarum inesse, ut domus unde quidem motus ars et edificator, cuius vero causa operatio, et materia terra et lapides, species vero ratio. Igitur ex dudum determinatis quam decet vocare scientiarum sapientiam : habet enim rationem
996b10 quamlibet appellari ; inquantum enim senior quidem principalior, cuius veluti servientes non contradicere scientias alias est iuste, que finis et boni talis est (huius enim causa sunt cetera), in quantum vero primarum causarum et maxime scibilis diffinita est
996b15 esse, substantie erit talis ; multis enim modis idem scientibus magis quidem scire dicimus eum qui novit in ipso esse quid ipsa res est quam non esse, et horum eorundem alium alio magis, sed maxime qui quid est, non autem qui quanta aut qualis aut quid facere aut pati est apta nata. Amplius autem et in aliis
996b20 scire singularia et quorum demonstrationes sunt, tunc putamus

---

E(*A*^{b}*TJa*) (2 *omnis] πᾶσαι) (7 *eam] αὐτάς) 8 ut] + ἐν 8-9 et quod aliquid] διότι 11 diversis principia] ἑτέρας ἀρχῆς 17 enim] *om.* 18 senior] + *καὶ 19 cuius] *ᾗ (25 sed] καὶ)

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 1 quia] que *Ll* et fiunt] fuit *ante* causa[1] *Ll* 2 omnis + est *Ll* : *an* -es *scrib.* ? 4 autoagaton *scr.* : athoagaton *BgVuCn* : antho- *cett.* 6 nullius *BgVuCn* quapropter + et *Sc* 7 ut *om. Ta* *an* cas *scrib.* ? 8 il-] in- *BgVuCn* corporalia $Bg^{1}Vu$ ct[3]] *an* eo *scrib.* ? 10 facere rationem *tr. BgVuCn* 11 sed si causarum] at vero si Ll^{2}(***g***) : + vel at vero *s. add. Px* : ||||||||| Ll^{1} scientia Ll^{1} sint *TaWs* 15 terra *LlSc*^{2}Bg^{2} : -e *cett.* 18 enim *LlSc* : *om. cett.* quidem + *et (*an recte* ?) $Ko^{2}Bg^{2}$ 19 cuius] *cui ||| *Bg* velut *Ll* : utilitati *Sc* 20 sunt] fiunt *Ta* 21 vero] enim *Sc* : autem *BgVuCn* 23 dicimus scire *tr. BgVuCn* 25 qui[1] *LlScBg*^{2} : quic- *Ws* : *om. cett.* non autem qui *Ll* : sed aut Bg^{2}***jc*** : ||||| Bg^{1} : aut qui *Sc* : [*Cn*[1]] : aut *cett.* 26 et in aliis *om.* $Bg^{1}VuCn$

existere quando scimus quid est (ut tetragonizare quid est, quia medie inventionis ; similiter autem et in aliis), circa generationes vero et actus et circa omnem transmutationem quando cognoscimus principium motus ; hoc autem diversum et oppositum fini, quapropter videbitur alius esse scientie causarum harum singulas speculari. 996b25

Sed et de principiis demonstrativis, utrum unius est scientie aut plurium, dubitatio est ; dico autem demonstrativas et communes opiniones ex quibus omnes monstrant, ut quoniam omne necessarium aut dicere aut negare, et impossibile simul esse et non esse, et quecumque alie tales propositiones, utrum harum una scientia et substantie aut alie, et si non una est, quam oportet appellare que nunc est quesita. Unius igitur esse non est rationabile ; quid enim magis geometrie quam qualiscumque de hiis est proprium obaudire ? Similiter quidem ergo qualiscumque 996b30 est, omnium vero non contingit, sicut nec aliarum ita nec ipsas 996b35 substantias cognoscentis proprium est de eis cognoscere. Simul autem et earum quomodo erit scientia ? Horum igitur cuilibet quid inest et nunc novimus (utuntur enim eis ut notis artes alie) ; 997a1 si autem de eis demonstrativa est, exiget aliquod genus esse subiectum et hec quidem passiones illa vero dignitates eorum (nam de omnibus esse demonstrationem est impossibile), necesse enim ex aliquibus esse et circa aliquid et aliquorum demonstrationem ; igitur omnium esse genus unum aliquid monstra- 997a5 torum accidit, omnes enim demonstrative ipsis dignitatibus utuntur. 997a10

Sed si alia que substantie et que de hiis, que earum principalior et prior est earum ? Universaliter enim maxime omnium principia sunt dignitates, et si est non philosophi, cuius erit alius de eis speculari veritatem et falsitatem ? 997a15

E(*A*^{b}*TJa*) 2 inventionis] *εὕρεσις (8 et] *om.*) 12 alie] *ἑτέρα 15 obaudire] + εἴπερ 19 enim (*a*)] γοῦν (27 earum] *om.*)

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 1 tetragonizare ut *tr. Bg*^{1} *VuCn* quid^{2}] -od (?) *Sc* est^{2} *om. Ta*^{1}*KoVu* 2 *inventio *Bg*^{2}**g** : inventio /// *Bg*^{1} 3 quando] quam *TaLlPx*,(?)*Bg* 5 alius videbitur *tr. Sc* 7 sed] at vero *Ll*^{2}**g** : /// *Ll*^{1} et *om. WsVuCn* demonstrationis [*sic*] de (*om. Bg*) principiis *tr. BgVuCn* 10 et^{2}] aut *Sc* 12 *alia (*an recte* ?) *Bg*^{1} 13 ergo *Sc* 14 probabile *BgCn* 15 quidem *om. Ll* 16 aliorum *LlSc* 17 simul *scr.* : -iliter *codd.* 20 est *ante* de *Px* : *ante* demonstrativa (*ante* de *Ll*) *LlKoBg* 21 ista *Ll* eorum *om. Bg*^{1}*VuCn* 22 impossibile est *tr. LlVuCn* 25 dignitatibus ipsis *tr. PxKoBgVuCn* 29 non est *tr. LlScKoVuCn*,(?)*Bg*^{1}

Totaliter substantiarum utrum una omnium est aut plures scientie ? Si quidem ergo non una, cuius substantie ponenda est scientia ista ? Unam vero omnium non est rationabile ; et enim demonstrativa una de omnibus esset per se et acciden-
997a20 tibus, si quidem omnis demonstrativa circa aliquod subiectum singularia speculatur accidentia ex communibus opinionibus. Nam circa ipsum quia unius et ex quibus unius sive eiusdem
997a25 sive alius, quare accidentia, sive speculentur hec sive ex hiis una.

Amplius autem utrum circa substantias sola theoria est aut circa eis accidentia ? Dico autem ut, si solidum quedam substantia est et linee et superficies, utrum eiusdem scientie est ea cognoscere et accidentia circa unumquodque genus de quibus mathe-
997a30 matica ostendunt, aut alius. Nam si eiusdem, demonstrativa quedam erit, et que est substantie, non autem videtur, si quid est, demonstratio esse ; si vero diverse, que erit speculans circa substantiam accidentia ? Hoc enim reddere est valde difficile.

Amplius autem utrum sensibiles substantie sole esse sunt
997b1 dicende aut preter eas alie, et utrum unice aut plura genera sunt substantiarum, ut dicentes species et que sunt infra, circa que mathematicas dicunt esse scientias ? Quomodo ergo dicimus species causasque et substantias secundum se, dictum est in
997b5 prioribus de eis sermonibus, multis autem modis habentibus difficultates, nullo minus absurdum dicere quidem aliquas esse naturas preter eas que sunt in celo, sed eas easdem esse dicere sensibilibus nisi quia hec quidem sempiterna illa vero corrupti-

---

E(A^bTJa) 4 per se et (*καθ' αὑτὸ S*)] *om.* 6 opinionibus] + **περὶ — δοξῶν* (997a21-22) (hec] *αὐταὶ* : *αὗται* A^b) 12 est (*ἐστὶν ante ἐπιστήμης* A^b)] *om.* 15 si] **τοῦ* 22 substantias] + *εἶναι*

TaLlSc(*WsPxKoBg* ; *VuCn*) 1 substantiarum *om.* Bg^1VuCn una — aut *om.* Sc^1 3 est[1] + esse *BgVuCn* vero] ergo *Sc* 4 et[2] *om.* (*an recte ?*) Bg^2 6 speculantur Sc^1Vu opinionibus + *circa idem igitur genus accidentia per se eiusdem est speculari ex eisdem opinionibus Px^2Bg^2**g** : *an quaedam in memoria latina exciderunt ?* 8 alius + querere $Px^2Bg^1VuCn^1$ *an* et *post* quare *excidit ?* accidens *BgVuCn* speculentur *LlKo*[1] : -etur *cett.* *an* hee *scrib. ?* 12 -dem *om.* Bg^1VuCn 13 *an* mathematice *scrib. ?* 14 aliis Bg^1Vu,(?)*Cn* 15 quidem *Ll* si] *eius quod Bg^2(**g**) : quod Ws^2 : //// Bg^1 : / Ws^1 18 autem *om. Ll* esse] cause *TaPx*[1] sint *Ta* 19 alie *om. Ll* 20 substantiarum sunt *tr. Sc* 22 -que] que *Ta* est + ergo *Sc* : + enim *Bg* 24 alias *Sc* 25 eas[1] ea *TaPxKoVuCn* eas[2] + alias *Vu* : alias *Ko* eadem Ws^2VuCn esse *post* dicere *TaWs* : *om. Sc* 25-26 sensibilibus dicere *tr. Ll*

bilia. Nam per se hominem dicunt esse et equum et sanitatem, aliud autem nichil, simile facientes deos esse dicentibus et 997b10
humane speciei esse ; nichil enim aliud illi fecerunt quam homines sempiternos, nec hii species nisi sensibiles sempiternas. Amplius autem si quis preter species et sensibilia que dicuntur infra ponat, multas habebit dubitationes ; palam enim, quia similiter linee que sunt preter eas et sensibiles erunt et unumquodque 997b15
aliorum generum ; igitur quoniam astrologia harum una est, erit quoddam celum preter sensibile celum et sol et luna et alia similiter celestia. Et quomodo hiis credere oportet ? Nichil enim immobile esse rationabile est, mobile vero omnino impossibile ; 997b20
similiter autem et de quibus optica tractat et in mathematicis armonica ; et enim impossibile est esse preter sensibilia propter easdem causas ; nam si sunt sensibilia infra et sensus, palam quod et animalia erunt infra ea et corruptibilia. Dubitabit autem aliquis 997b25
et circa que existentium querere oportet eas scientias. Nam si in hoc differt geometria a geosophia solum, quia hec quidem horum est que sentimus illa vero non sensibilium, palam quia et preter medicinalem erit alia scientia et preter aliarum singulas inter hanc medicinalem et illam medicinalem; sed quomodo illud 997b30
possibile ? Nam si salubria quedam sunt preter sensibilia, et salubre. Simul autem nec hoc verum, quia geosophia sensibilium est mensurarum et corruptibilium ; corrupta enim esset corruptis.

Sed nec sensibilium erit mensurarum nec enim circa celum 997b35
hoc astrologia. Nec enim sensibiles linee tales sunt quales dicit 998a1
geometer (nichil enim rectum sensibilium ita nec flexum ; tangit enim regulam non secundum punctum circulus sed ut Protagoras ait geometras redarguens), nec motus nec cicles celi similes de 998a5

E($A^b TJa$) 3 esse (A^b)] *om.* (5 dicuntur] *om.*) 10 nichil] οὐδὲ 13 enim] + ταῦτα 16 circa ($A^b Ta$)] παρὰ (21 et] + αὐτὸ) 24 enim] *om.* 28 nec[2]] καὶ

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 2 nichil *post* facientes Sc^1 3 illi *ante* aliud *Ko* : *om. ScVu* 5 quas Px^2Vu scibilia *Ta* 6 enim *om. Ll* 11 rationale (*post* est *Ll*) *LlKoBg* impossibile + est *Sc* 14 si namque [*sic*] *tr. WsKo* sint *TaSc* quod *om. TaScPxBg*[1]*VuCn* 15 animalia] alia Px^2 *VuCn*,(?)*Ko* 19 medicinalem *WsKo* : + et *cett.* alia *ante* erit *Sc* : *an* aliqua *scrib.* ? aliarum] harum *Sc* : harum aliarum *Vu* 20 illud] hoc (*an recte* ?) *WsPxKoBgVuCn* 21 nam + et *Sc* sensibile *Sc* 22 simul *scr.* : -iliter *codd.* 25 astroloya *Ll* 27 pitagoras Sc^1 28 nec[1]] sed *Ll* ciclos $Px^2KoVuCn$: kicles *Ta*

quibus astrologia facit sermones, nec astris puncta naturam habent eandem. Sunt autem aliqui qui dicunt esse et que dicta sunt infra species et sensibilia, non extra sensibilia sed in hiis ;
998a10 quibus accidentia impossibilia omnia quidem pluris est orationis pertransire, sufficit enim et talia speculari. Non enim in talibus congruum est habere sic solum, sed palam quia et species convenit in sensibilibus esse (eiusdem enim rationis utraque ea sunt), amplius autem duo solida in eodem necesse est esse loco, et
998a15 non esse mobilia in motis existentia sensibilibus. Totaliter autem cuius causa quis ponit esse quidem hec in sensibilibus ? Eadem enim contingunt inconvenientia eis que dicta sunt. Erit enim celum aliquod preter celum, tamen non extra sed in eodem loco ; quod magis est impossibile.

998a20 [3] De hiis ergo dubitatio multa quomodo oportet positam habere veritatem, et de principiis utrum oportet genera elementa et principia suscipere aut magis ex quibus cum insint est unumquodque primis, ut vocis elementa et principia videntur esse ea
998a25 ex quibus componuntur voces omnes primis, sed non commune vox ; et diagramatum ea dicimus elementa quorum demonstrationes insunt in aliorum demonstrationibus aut omnium aut plurimorum ; amplius autem corporum qui dicunt esse plura elementa et qui unum, ex quibus componuntur et constant prin-
998a30 cipia dicunt esse, ut Empedocles ignem et aquam et que sunt infra hec elementa dicit esse ex quibus sunt entia que insunt,
998b1 sed non ut genera dicit ea eorum que sunt. Et ad hec autem et ad aliorum, si quis vult naturam speculari, ut lectum, ex quibus partibus est et quomodo compositis, tunc cognoscet eius naturam.

E(A^bTJa) 2 et] μὲν *ταῦτα (5 talibus] τούτων) 8 autem (*cett.*)] τε 9 mobilia] *ἀκίνητα 10 hec] + εἶναι δ' (14 *positam] θέμενον) (15 utrum (A^bT)] πότερα) 17 primis (E^2a)] πρῶτον E^1 22 et²] + ἐξ ὧν 24 infra (μεταξὺ A^ba)] μετὰ (25 et] *om.*) (26 ad] *om.*)

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 2 eandem habent *tr. PxKoBgVuCn* autem + et *Sc* et + *ea *VuCn*,(?)*Px* : *an* ea *scrib.* ? 4 omnia] sunt Sc^1 5 et *om.* Ta^1 8 autem + et *Ll* loco *post* esse *Sc* : *ante* necesse *LlKoBg* : *ante* esse *cett.* 9 *immobilia (*an recte* ?) Bg^2**g** 10 quidem *om. Ta* 13 est magis *tr.* (*an recte* ?) *PxKoBg* 14 quando (?) *Ta* *an* positum *scrib.* ? 15 genera + et *LlKoBg* 16 quibus + sunt Px^2VuCn 19 et + quia Sc^1 20 aliarum ... plurimarum Px^2VuCn 21 autem *om. Ll* 23 esse dicunt *tr. Sc* 24 que] cum (*an recte* ?) *WsKo* : *om.* Ta^1 insunt *om.* Ta^1 25 ea + esse *s. add.* Px^2 : esse ea *VuCn* : earum *Sc* huc $LlBg^2$

Et ex hiis quidem rationibus non sunt principia genera existentium ; quodsi cognoscimus unumquodque per diffinitiones et 998b5
principia diffinitionum sunt ipsa genera, necesse et diffinitorum principia esse genera. Et si est eorum que sunt accipienda scientia
5 specierum acceptio secundum quas dicuntur entia, specierum principia genera sunt. Videntur autem quidam dicentium elementa existentium unum aut ens aut magnum aut parvum ut 998b10
generibus eis uti.

Sed non possibile dicere principia ipsa. Ratio namque sub-
10 stantie est una ; diversa vero erit que est per genera diffinitio et que dicit ex quibus est que insunt.

Ad hec autem si maxime principia genera sunt, utrum prima 998b15
generum oportet existimare principia aut ultima predicata de individuis ? Et enim hoc dubitationem habet. Nam si universalia
15 sunt magis principia, palam quia suprema generum ; ea namque dicuntur de omnibus. Tot igitur erunt entium principia quot prima genera, quare erunt ens et unum principia substantie ; 998b20
ea namque de omnibus maxime dicuntur existentibus. Non est autem possibile genus existentium unum esse neque unum neque
20 ens ; nam necesse differentias cuiusque generis et esse et unam esse quamlibet, impossibile autem predicari aut species de pro- 998b25
priorum generum differentiis aut genus sine suis speciebus ; quare si unum genus aut ens, nulla differentia nec unum nec ens erit. Sed si non genera, nec principia erunt, si principia genera.
25 Amplius autem que sunt infra concepta cum differentiis erunt genera usque ad individua (nunc autem hec quidem videntur illa 998b30
vero non videntur) ; ad hec autem amplius magis differentie sunt principia quam genera ; et si hec sunt principia, infinita, ut si ita dicatur, erunt principia, aliterque et si primum quis 999a1

E(A^b*TJa*) 2 quodsi (εἰ δ' A^b)] ἢ δ' (7 aut³] καὶ) 9 non] + *ἀμφοτέρως (12 utrum (A^b)] πότερα) 14 si] + ὅτι 17 principia] + *καὶ 21-22 de propriorum generum differentiis] ἄνευ τοῦ γένους καὶ τῶν οἰκείων διαφορῶν : τοῦ γένους ἐπὶ τῶν ο. δ. A^b (25 autem] καὶ)

TaLlSc(*WsPxKoBg* ; *VuCn*) 4 genera esse *tr. TaLlScWs* 7 aut² *om. Ta*¹ parvum ... magnum *tr. KoBg* 9 sed non possibile] at vero neque *utrobique $Ll^2Px^2Bg^2$(**g**) : ||||||||| Ll^1 ratio + idem Sc^1 14 hoc *om. Ta* 15 genera Px^2VuCn 16 de *om.* Ta^1 igitur] enim *Sc* entium] ea uni Ta^1 17 genera prima *tr. TaLlScWs* erit *LlBgCn* *an* et *post* principia *excidit* ? 18 de omnibus *post* dicuntur *Ll* existentiis *Sc* 20 necesse + est *Ll* cuiuslibet *Sc* 23 quia *Sc* 27 hec] huc *ScWs* 27-28 differentie sunt] differre *Sc* 28 quam — principia² *bis scr.* Ta^1 hec] *an* hee *scrib.* ?

genus principium ponit. Sed si magis principium speciale sit unum, et unum indivisibile, divisibile vero omne sive secundum quantitatem sive secundum speciem, et prius quod est secundum
999a5 speciem, genera vero divisibilia in species, magis unum ultimum erit predicatum ; non enim est genus homo aliquorum hominum. Amplius in quibus et prius et posterius est, non est possibile quod in hiis est aliquid esse preter ea (ut si prima numerorum est dualitas, non erit numerus aliquis preter species numerorum ;
999a10 similiter autem nec figura aliqua preter species figurarum ; quodsi non horum, sistola et aliorum genera erunt ; preter species enim horum maxime videntur esse genera) ; in individuis vero non hoc est primum et illud posterius. Amplius autem ubi hoc quidem melius illud vero vilius, semper quod est melius prius ; quare nichil horum erit genus.

999a15 Ex hiis igitur magis videntur que de individuis sunt predicata esse principia generum ; iterum quomodo oportet ea suscipere principia, dicere facile non est. Principium enim et causam oportet esse preter res quarum principium est, et possibile ab
999a20 eis separatum esse ; tale vero aliquid preter singularia esse quare aliquis suscipit, nisi quia universaliter et de omnibus predicatur ? Sed si propter hoc, magis universalia magis ponenda sunt principia. Quare principia prima erunt genera.

[4] Est autem continua hiis dubitatio et omnium difficillima
999a25 et ad considerandum maxime necessaria, de qua ratio nunc institit. Nam si non est aliquid preter singularia, singularia vero infinita, infinitorum quoque quomodo contingit accipere scientiam ? Nam in quantum unum aliquid et idem, et in quantum universale aliquid est, in tantum omnia cognoscimus.

E(A^bTJa) 2 divisibile] *ἀδιαίρετον* 9 aliqua] *om.* 10 sistola (? *συστολὴ*)] *σχολῇ* 12 primum (*a*)] *πρότερον* (autem] *om.*) 14 nichil (*T*)] *οὐδὲ* (16 quomodo] + *αὖ*)

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 1 principium[1] *ante* genus *Vu* : *post* ponit *Bg* : *om. Cn* 2 et unum] et unum autem *Px* : unum autem *VuCnjg* : *an* et unum autem *scrib.* ? 4-5 erit ultimum *tr. Ll* 5 predicamentum Px^2VuCn aliquorum *scr.* : alio- *codd.* 6 et[1] *om. LlVuCn*^{2} : est Cn^1 : [*Bg*] est[1] *om. KoVu* 11 genera ... videntur *tr. Sc* in *om. WsKo*[1]*VuCn* 12 autem *om. Ll* 16 generum principia *tr. Ll* item (?) Sc^2 18 esse *om.* Ta^1Px^1 quare *Sc* est principium *tr. Ll* 23 continua] habita Ll^2g : ///// Ll^1 25 insistit *LlPx*^{2}*VuCn* 26 quoque *Ws* : vero (*an recte* ?) Px^2VuCng : *om. cett.* accidere Px^2VuCn^2 : (?) Cn^1

Sed si hoc est necesse et oportet aliquid esse preter singularia, 999a30
necesse erit genera esse preter singularia, aut ultima aut prima.
Hoc autem quia impossibile nunc dubitavimus.

Amplius si quia maxime est aliquid preter simul totum,
quando predicatur aliquid de materia, utrum, si est species
aliqua, preter omnia oportet aliquid esse, aut preter quedam esse
et preter quedam non esse, aut preter nichil ? Ergo si nichil est 999b1
preter singularia, nichil erit intellectuale sed omnia sensibilia
et scientia nullius, nisi quis dicat esse sensum scientiam.
Amplius autem nec sempiternum est aliquid nec immobile (nam
sensibilia omnia corrumpuntur et in motu sunt) ; sed si sempi- 999b5
ternum nichil est, nec generationem esse possibile est. Necesse
est enim aliquid esse quod factum est et ex quo fit et horum
ultimum ingenitum, si stat et ex non ente generari impossibile ;
amplius autem, cum sit generatio et motus, finem esse est necesse
(motus enim nullus est infinitus, sed omnis est finis, generari 999b10
quod non est possibile quidem generari, impossibile ; quod
autem est generatum est esse necesse quando primum factum
est) ; amplius autem si materia est quia est ingenita, multo
rationabilius est esse substantiam, quod hec aliquando fit esse ;
nam si nec hec erit nec illa, nichil erit omnino, sed si hoc est 999b15
impossibile, necesse est aliquid esse preter sinolon, formam et
speciem.

Sed si hoc iterum quis ponit, dubitatio in quibusdam hoc
ponit, in quibusdam non. Nam quia in omnibus non existimatur,
manifestum ; non enim ponemus domum aliquam preter domos 999b20
aliquas. Ad hec autem utrum substantia una est omnium, ut
hominum ? Sed impossibile est ; non enim unum omnia quorum
substantia una. Sed multa et differentia ? Sed et hoc extra

E(A^bTJa) 2 necesse — singularia (*cett.*)] *om.* 5 species (*Ta*)] *om.* 10 autem (A^b)] *om.* 15 finem (*S*)] καὶ πέρας 20 esse² (*Ta*)] *om.* 24-25 quibusdam[1.2]] *τίνων hoc ponit (τοῦτο θήσει *T*)] *θήσει τοῦτο 25 in[1]] *καὶ ἐπι existimatur] οἷόν τε 26 ponemus] + εἶναι

TaLlSc(*WsPxKoBg* ; *VuCn*) 2 erit necesse *tr. TaLl* 3 dubitamus *Sc* 4 amplius + autem *ScWsPxBg*²*VuCn* quam *Ll* 8 nichil] nil *Sc* erit] est *Ll* 9 sensum esse *tr. LlWsKoBgVug* 11 corrumpuntur omnia *tr. Ll* si *om. LlVu* 13 enim est *tr. LlKo* 15 est] erit *WsKoBg* 19 que *Bg*,(?)*Ll* 20 substantia *Ta* fit] sit *TaScPxVuCn*,(?)*Ws* 24 -dam **om. LlWsKo*[1]*Bg*²*jg* 25 ponit] *-et (*ante* hoc² (24) *WsKo*) *WsKoBg*²*jg* in] *et in (*an recte* ?) *LlPxjg* -dam **om. LlWsKo*[1]*Bg*²*jg* 28 sed + hoc *Sc* unum enim *tr. Sc*

rationem. Simul autem et quomodo fit materia horum singulum et est sinolon ea ambo ?

999b25 Amplius autem et de principiis et hoc dubitabit aliquis. Nam si specie sunt unum, nichil erit numero unum, nec unum iterum unum ipsum et ens ; et scire quomodo erit, nisi quid fuerit unum in omnibus ?

Sed et si numero unum et unum quodlibet principiorum, et non quemadmodum in sensibilibus alia aliorum (ut in hac sillaba 999b30 specie eadem existente et principia specie eadem ; et enim ea sunt numero diversa), quodsi non ita sed que sunt existentium numero unum sunt, non erit preter elementa nichil aliud ; nam dicere numero unum aut unumquodque dicere nichil differt ; sic 1000a1 enim dicimus unumquodque numero unum, universale vero quod in hiis est. Ut si vocis elementa numero essent determinata, tot omnes litteras esse necesse esset quot elementa, duobus quidem eisdem non existentibus nec pluribus.

1000a5 Non minor dubitatio modernis et prioribus relinquitur, utrum eadem corruptibilium et incorruptibilium principia sunt aut diversa. Nam si eadem sunt, quomodo hec quidem incorruptibilia illa vero corruptibilia, et propter quam causam ? Igitur Esiodiste 1000a10 et omnes qui theologi erant solum ad eos persuasionem curaverunt, nos autem spreverunt (deos enim facientes principia et ex deis esse facta, que non gustant nectar ipsum et manna mortalia dicunt esse, palam quod ea nomina sibi nota dicentes ; et etiam 1000a15 de prolatione harum causarum preter nos dixerunt ; nam si gratia voluptatis ea tangunt, non est causa existendi nectar et

---

E(*A*^{b}*TJa*) 4-5 unum iterum unum ipsum (ἓν αὖ τὸ ἓν ?)] αὐτὸ ἓν : *αὖ τὸ ἓν *Syr.*^{l}, *a* 11 unum (*E*^{2}*A*^{b}*Ta*)] *om.* (12 dicere^{1}] *om.*) 26 causa] αἴτια

TaLlSc(*WsPxKoBg* ; *VuCn*) 1 rationem] bonum *VuCn* similiter *LlSc* *WsVuCn*^{1} 2 est *post* et *WsKoBg*^{2} : *om. Sc* : *ante* et *cett.* 3 autem *om. Ll* et^{2} *om. LlVu* 4 unum^{3} *post* iterum *Ws* : **om. Kog* 5 unum] unde et *Ll* et^{1} *om. Ll*^{1} 7 et^{1} *om. LlKo*^{1} et unum *om. Ta*^{1}*Ko* principium (?) *WsKo* 8 quomodo *Sc* 9 specie eadem^{2}] eadem *Px*^{1} : eadem specie (se *Vu*) existente *Px*^{2}*VuCn* ea *om. Sc* 10 existentium + principia *Ll* 11 sunt + nec iterantur secundum numerum in principia *Ll* (*vide Alb.*) 14 terminata *Px*^{2}*VuCn* 15 est *Px*^{2}*VuCn* 16 nec] aut *Px*^{2}*VuCn* 18 sunt *ante* principia *TaSc* : sint *BgVu* an *LlVu* 20 vero *om. Ta* esyodiste *Ll* 21 persuasione *WsPxKoBgVuCn* 22 principia facientes *tr. Sc* deis + principia *Sc* 23 esse *om. WsKo* 24 quia *Sc* sibi] igitur *Vu*,(?)*Cn* : *om. Px* 25 si *om. Ll*^{1} 26 voluntatis *Px*^{1}*Cn*^{1}

manna, si vero existendi, quomodo erunt sempiterni cibo egentes ?) — sed de fabulose sophizantibus non est dignum cum studio intendere ; de dicentibus vero per demonstrationem oportet 1000a20
audire interrogantes quare ex eisdem existentia hec quidem sempiterna secundum naturam sunt, illa vero corrumpuntur existentium. Sed quoniam nec causam dicunt nec rationabile est sic habere, palam quia nec eedem nec cause eorum erunt. Et enim quam existimat aliquis dicere maxime ei confesse, Empe- 1000a25
docles est, et hic idem passus est ; ponit enim principium quoddam causam corruptionis odium, videbitur autem nichil minus et hoc generare extra unum ; nam omnia ex hoc sunt preter deum. Dicit ergo : « Ex quibus omnia et quecumque sunt et quecumque 1000a30
erunt, et arbores pullulaverunt et viri et femine, bestieque et vultures et aqua nutriti pisces, et dei longevi ». Et preter hec palam quia si non esset in rebus, essent unum omnia, ut ait ; 1000b1
nam quando conveniunt, tunc « ultimum scit odium ». Propter quod et accidit ei felicissimum deum minus prudentem esse aliis ; non enim cognoscit elementa omnia ; nam odium non 1000b5
habet, notitia vero similis simili. « Terram namque per terram cognovimus et per aquam aquam et per affectum affectum et odium per odium difficile ». Sed unde ratio, hoc etiam palam, quia accidit 1000b10
ei odium non magis corruptionis quam existendi causam ; similiter autem nec amor existendi, colligens enim in unum corrumpit alia. Simul quoque transmutationis eius causam nullam dicit nisi quia sic aptum natum fuit ; « sed quando magnum odium in membris nutritum est, ad honorem intendebat 1000b15
perfecto tempore qui mutabilis dissolvit sacramentum » ; quasi necessarium ens transmutari ; causam vero ex necessitate nullam ostendit. Attamen tantum solum dicit cum confessione ; non enim existentium hec quidem corruptibilia illa vero incorrupti-

---

E(A^b*TJa*) 7 eedem] + *ἀρχαὶ 8 quam] ὅνπερ 11 hoc (*T*)] + τἆλλα 12 et quecumque sunt] ὅσα τ' ἦν : ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἐστὶν A^b 13 erunt (A^b)] + ὀπίσσω 15 (quia] γὰρ) esset (A^b)] ἐνῆν 16 scit (*a*)] ἴστατο 19 namque] + *φησί 27 mutabilis] + πλατέος

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 7 sic + se *Bg* : si *Ll* heedem *PxVu* : eadem *principia (*an recte* ?) *Wsjg* eorum *ante* cause *VuCn* : *post* erunt *Bg* 8 quam] quecumque *Ws* : *an* quem *scrib.* ? Empedocles *scr.* : -cl' *LlWs* : -clis *cett.* 9 enim *om. Ll* 14 volucres *Ll* hec + que dicta sunt *Ll* 19 namque + *ait Px^2*jg* 20 cognoscimus *KoVu* 24 corrumpit] corporum ponit *Ll* 27 quasi] quod *TaWs* : quia *Vu*

1000b20 bilia facit, sed omnia corruptibilia preter elementa. Dicta vero dubitatio est, cur hec quidem, illa non, si ex eisdem sunt.

Ergo quia non sunt eadem principia, tot dicta sunt ; si vero diversa principia, una quidem dubitatio utrum incorruptibilia et hec erunt aut corruptibilia ; nam si corruptibilia, manifestum
1000b25 quia necessarium et ea ex aliquibus esse (omnia enim corrumpuntur in ea ex quibus sunt), quare contingit principiorum alia principia esse priora, hoc autem impossibile, sive stet sive in infinitum vadat ; amplius autem quomodo erunt corruptibilia,
1000b30 si auferantur principia ? Si vero incorruptibilia, cur ex hiis quidem incorruptibilibus existentibus corruptibilia erunt, ex diversis vero incorruptibilia ? Hoc enim non est congruum, sed aut impossibile aut multa ratione eget. Amplius autem nec conatus
1001a1 est aliquis diversa dicere, sed eadem omnium dicunt principia. Verum primum dubitatum corrodunt ut hoc parum quid accipientes.

1001a5 Omnium autem ad considerandum difficillimum et ad cognoscendum veritatem maxime necessarium, utrum unum et ens substantie existentium sunt, et utrumque eorum non aliquid aliud ens, hoc quidem unum illud vero ens est, aut oportet
querere quid est ipsum ens et unum quasi subiecta alia natura. Hii namque illo modo illi hoc modo putant naturam se habere.
1001a10 Plato namque et Pythagorici non aliud aliquid ens nec unum sed hoc idem naturam esse, quasi existente substantia eorum idem unum esse et ens aliquid ; alii vero de natura, ut Empedocles,
quasi ad notius reducentes dicunt, quia unum ens est ; videbitur
1001a15 enim dicere hoc amorem esse (causa namque est hic unum

---

$E(A^bTJa)$ (1 vero] + νῦν) 2 illa] + *δ' 14 dicere (A^b)] *om.* 18 unum ... ens] *tr.* 24 idem] αὐτῶν (*eorum] *om.*) 25 ens aliquid ($A^b a$)] ὄντι 26 reducentes dicunt] ἀνάγων λέγει (27 namque] γοῦν)

TaLlSc(WsPxKoBg ; VuCn) 1 vero] autem *Sc* 2 non] *vero Bg^1Vu : *vero non (*an recte* ?) Bg^2 si] sed *ScPx*^{1} ex *om. Ko*^{1}*VuCn* 4 in- *om. Ll*^{1} 5 si + ex *Ta* 8 principia *om. Sc* autem + hoc *Ta*^{1} : + est *Sc* 12 est *post* congruum *Sc* : *om. Ll*^{1} 13 autem *om. Ll* 15 dubitantum *Vu* : -ant *Ko* : -antes *Ws* 17 ad^2 + considerandum *Ll* (*vide Alb.*) cognoscendam *Ll* 18 necessarium + est (*ante* maxime *VuCn*) *LlPx*^{2}*VuCn* 19 -que *om. Sc*^{2}*Px*^{2}*BgVuCn* non] unum *Sc* : // *Ta* 21 quasi] quia (?) *Px* : quodque *Vu* aliqua *Sc* 22 isto *Ll* 23 pitha- *Ll* aliquid aliud *tr. WsVuCn* 24 naturam *LlWs* : -a *cett.* eorum] ipsorum *Sc* : *an e correct. pro* idem ? 26 quia] quod *Ll* 27 namque] autem *KoBg* est *om. Ll* hec (?) *VuKo* unum *om. KoBg*^{1}

omnibus inesse), alii vero ignem, alii aerem dicunt esse unum hoc et ens, ex quo entia et esse ⟨et esse⟩ facta. Similiter et qui plura ponunt elementa ; necesse namque et hiis tot dicere ens et unum quot principia dicunt esse. Accidit autem, si quidem 1001a20
quis non ponit esse quandam substantiam unum et ens, nec aliorum esse universalium nullum (ea namque sunt universalia maxime omnium ; si vero non est aliquid unum neque ens, vix aliorum aliquid erit preter ea que dicta sunt singularia), amplius autem non existente unius substantia, palam quia nec numerus 1001a25
erit quasi natura aliqua ab existentibus separata (numerus enim unitates, unitas vero quod unum aliquid est) ; sed si quid est idem unum et ens, necesse est substantiam eorum esse ens et unum ; non enim aliud aliquid universaliter predicatur nisi ea ipsa.

Sed si quid dicitur ens ipsum et ipsum unum, multa erit 1001a30
dubitatio quomodo erit diversum aliquid preter ea, dico autem quomodo erunt uno plura entia. Quod enim diversum est ab ente non est, quare secundum Parmenidis rationem accidere est necesse unum omnia esse entia, et hoc est ens. Utrumque vero 1001b1
difficile ; sive namque non sit unum substantia sive sit unum idem, substantiam esse numerum est impossibile. Si autem non, dictum est prius quare ; quodsi est, eadem est dubitatio et de ente. Ex aliquo namque preter ens erit id aliud unum. Nichil enim esse 1001b5
est necesse ; sed omnia entia aut unum aut multa quorum est unum quodlibet. Amplius si indivisibile est unum, secundum Zenonis dignitatem nichil erit (quod enim nec additum nec ablatum facit maius nec minus, existentium esse non dicit ; quasi 1001b10
palam quia entis existente mensura ; et si mensura, corporale ; hoc enim omnino ens ; alia vero quomodo addita faciunt maius,

---

E(A^b*TJa*) 15 dicitur] γ' ἔσται (19 est] εἶναι) 21 non] + ἢ
22-23 ex aliquo (*Ja*)] ἐκ τίνος 27 nec minus (A^b)] *om.* esse] + τοῦτο

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 2 ⟨et esse⟩ facta] et esse *suppl.* : et facta esse *Kog* : facta *cett.* 3 dicere + et *Ll* 4 unum + et *Ta* 5 quantam *Ta* substantiam + et *PxKoBg* 6 nullis *PxVuCn* universalia sunt *tr. TaScWs* 9 autem *om. Ll* 9-10 erit numerus *tr. Ll* 12 unum idem *tr. TaScWsVu* 13 enim *om. Ta*[1] aliquid aliud *tr. LlScVuCn* 17 una *TaWs* 19 entia esse *tr. PxVuCn* utroque (?) *Ko* : utrobique Ws^2**g** : utr /// Ws^1 : *an* utroque *vel* utrimque *scrib.* ? 22 prius *ante* est[1] *Sc* : *post* quare Ws^1 23 idem *Sc* nil *Ll* 26 neque ... neque *Sc* 27 nec] aut Ws^1 : vel *VuCn* quasi] -re *WsPx*

quomodo nichil, ut superficies et linea, punctum vero et unitas nullatenus) ; sed quoniam sic speculatur ponderose, et non
1001b15 convenit esse indivisibile, quare et sicut ad illum habeatur responsio (maius enim non faciet sed plus additum tale) ; sed quomodo ex uno tali aut pluribus erit mensura ? Simile namque est et lineam ex punctis dicere. Sed et si quis ita suscipiat quod,
1001b20 ut quidam dicunt, fiat ex uno ipso et alio non uno aliquo numerus, nichil minus est querendum quare et quomodo quandoque numerus quidem quandoque vero mensura erit quod factum est, si non unum inequalitas et eadem natura est. Nec enim ut ex uno
1001b25 et ea nec quomodo ex numero aliquo et ea fiant mensure, palam.

[5] Horum autem habita est dubitatio utrum numeri et corpora et superficies et puncta substantie alique sunt aut non. Nam si non sunt, diffugit aliquid ipsum ens et quenam entium substantie ;
1001b30 passiones enim et motus et ad aliquid et dispositiones et orationes nullius videntur substantiam significare (dicuntur enim omnia de subiecto aliquo et nichil hoc aliquid) ; que vero maxime substantiam significare videntur, aqua et ignis et terra ex quibus
1002a1 composita corpora constant, horum calores quidem et frigiditates et similes passiones non sunt substantie, corpus vero ea patiens solum remanet ut ens aliquod et substantia aliqua existens.
1002a5 Sed corpus est minus substantia superficie et ea linea et ea unitate et puncto ; hiis enim diffinitur corpus, et hec quidem sine corpore contingere videntur esse, corpus vero sine hiis esse est impossibile. Unde multi quidem et priores substantiam et ens putabant corpus
1002a10 esse alia vero huius passiones, ergo et principia corporum entium sunt principia ; posteriores vero et sapientiores hiis esse opinabantur numeros. Quemadmodum ergo dicebamus, si non sunt

---

E(A^b*TJa*) 2 sic (A^b)] οὕτος (6 punctis] + εἶναι) 14 aliquid (a)] τί 18 ignis ... terra] *tr.* 22 minus (*cett.*)] ἥττων 24 esse² (*T*)] *om.*

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 1 punctus *Ll* unitas] linea *Vu* 2 speculatur (-ntur Ll^1) sic *tr. Sc* 3 contingit (*an recte* ?) *WsKoVuCng* sic (*an recte* ?) *Kog*

TaLlSc(*WsPxBg ; VuCn*) 8 quandoque *post* quidem (9) *Ll* 9 vero *om. ScVu* 10 in- *om. LlWs* 11 ea¹ *Ws* : eadem *Vu* : eodem *cett.* 12 horum] hiis (?) Ll^2 autem *om. Sc* et] vel *Ta* : *om. VuCn* corpora] causa *Vu* 13 sint *LlWsBg* 14 distinguit *Px* que namque *Sc* : que natura *Vu* entium + et Px^2*VuCn* 15 rationes *Ws* : omnes *Vu* 18 substantiam *ante* maxime (17) *Sc* videntur + et *Ll* : + sunt *Px* terra *scr.* : cetera *codd.* 22 et ea linea *om. Ta*¹

substantia ea, omnino nulla substantia sunt nec ens nullum ; non enim horum accidentia dignum est vocare entia.

Sed si hoc quidem confitetur, quia magis sunt substantia 1002a15
longitudines corporum et puncta, qualium corporum sint ea non videmus (nam in sensibilibus impossibile esse), nulla erit substantia. Amplius ea omnia videntur dimensiones esse corporis, hoc quidem ad latitudinem illa vero ad profunditatem aliud ad 1002a20
longitudinem. Ad hec autem similiter una est in solido quocumque figura ; quare si nec in lapide Mercurius, nec medietas cubi in cubo sicut determinatum ; non erit nec firmum nec superficies (nam si quecumque, et hec quamvis etiam sit determinans medietatem), eadem autem ratio est et in linea et in puncto et 1002a25
unitate, quare si maxime quidem substantia est corpus, hoc autem magis ea, nec sunt ea nec substantie alique, diffugit quidem aliquid ipsum ens et aliqua substantia entium. Nam ad dicta et que sunt circa generationem et corruptionem accidunt irrationabilia. Videtur enim substantia non ens prius nunc esse aut 1002a30
prius existens posterius non, et cum generatione et corruptione ea pati ; puncta vero et lineas et superficies non contingit neque fieri neque corrumpi, quandoque quidem existentes quandoque vero non existentes. Nam quando copulantur aut distinguuntur corpora, simul quandoque quidem una copulatorum quandoque 1002b1
due disiunctorum fient ; quare non compositum est sed corruptum, discretorum que sunt prius non existentes (non enim indivisibile punctum divisum est in duo), et si generantur et corrumpuntur, ex aliquo generantur. Similiter autem se habet 1002b5
circa quod nunc est ipsum in tempore ; non enim hoc contingit fieri et corrumpi, attamen aliud videtur semper esse, non substantia aliqua existens. Similiter autem palam quia se habet et

---

E(A^bTJa) 8 una est (ἕν ἐστιν *Ta*)] ἔνεστι quocumque] *ὁποιονοῦν 10 nec firmum] *om.* 11 sit (εἴη G^bI^b)] ἦν 14 quidem (*a*)] *om.* 15 aliquid (*a*) ... aliqua] τί ... τίς 23 compositum] συγκειμένων : συγκειμένου A^b 24 *que sunt] *tr.*

TaLlSc(*WsPxBg ; VuCn*) 1 ullum *WsPxBg* 5 nam + si *Ll* erunt *LlSc* 6 *an* divisiones *scrib.?* 8 *quecumque (*an recte ?*) Bg^2**g** 10 determinatum + est *LlWsVuCn* non] nec *Ll* 12 in^2 *om. Ll* et^3 + in *Sc* 14 ea^1] eo *WsBg* 15 ad dicta] addita *PxVuCn* 18 et^1 *om. Ll* 21 distinguntur *Ll* 23 quare + sic copulatum *Ll* 24 *an in* sunt que *transponend.?* enim] autem *Ll* 29 aliqua *scr.* : aliqua vel alia *Ws* : alia vel alia *cett.*

1002b10 circa puncta et lineas et superficies ; eadem enim ratio ; nam omnia similiter aut termini aut divisiones sunt.

[6] Omnino vero dubitabit aliquis quare et oportet querere quedam preter sensualia et que sunt infra, ut quas ponimus
1002b15 species. Nam si ideo, quia mathematica a presentibus in alio quodam differunt, esse vero plura simili specie non differunt, non erunt eorum principia numero determinata (quemadmodum nec presentium litterarum numero quidem omnium non sunt prin-
1002b20 cipia determinata, sed specie, nisi quis sumat huius sillabe aut huius vocis ; harum enim erunt et numero determinata, — similiter autem et in eis que sunt infra ; infinita namque et illic sunt specialia), quare si non sunt preter sensibilia et mathematica alia quedam qualia dicunt species ipsas quidam, non erit una
1002b25 numero et specie substantia, nec principia entium numero erunt quanta aliqua sed specie. Ergo si hoc est necessarium, et species necessarium est propter hoc esse. Et enim si non bene certificaverunt dicentes, sed est hoc quod volunt, et eos ea necesse est dicere, quia specierum singula substantia quedam est et non secundum accidens.

1002b30 Sed si ponimus species esse et unum numero principia et non specie, diximus que contingere necesse est impossibilia.

Hiis autem affine est querere utrum potestate sunt elementa aut aliquo alio modo. Nam si aliter, prius aliquid erit principiis
1003a1 aliud (prior enim erit potestas causa illa, sed possibile non est necessarium illo modo se habere) ; si vero potestate sunt elementa, nichil entium esse contingit ; nam possibile est esse quod nondum
1003a5 est ens ; fit enim non ens, nichil autem fit impossibilium esse. Eas igitur dubitationes querere necessarium est de principiis, et utrum universalia sunt aut, ut dicimus, singularia. Nam si

---

E(A^bTJa) 2 divisiones (*cett.*)] διαίρεσις 3 querere] + ἄλλ' 6 plura (πολλὰ τὰ A^b)] πολλ' ἄττα differunt²] + ὥστε (10 enim] δ') 20 unum (A^bTa)] *om.* 23 aliter (+ πως *J*)] + πῶς 25 illo modo] + πᾶν

TaLlSc(*WsPxBg* ; *VuCn*) 2 dictiones Px^2VuCn 3 quare *om. Ta* 4 preter] disputat *Ws* : *om. Bg* sensibilia (*an recte* ?) *ScWsBg* 5 aliquo *LlSc*²*WsPxBg* 6 quodam *om. Ll* 7 eorum *om. Sc* 9 sillabe] simile *PxVu*,(?)*Cn* 10 huius *om. Ll* 11 illinc *Sc* 13 erit + et *Ll* 15 aliqua Bg^2 : alia *cett.* specie] -es Ll^1 17 hoc est *tr. ScCn* quia *Sc* 21 necesse *om. Sc* est *om.* Ll^1 22 ad finem *Vu* 23 alio aliquo *tr. Sc* 24 enim *om. Ll* causa] cum *Vu* 25 necessarium + ergo *Ll* 26 nundum *LlBg* 27 impossibile *Ll* 28 ergo *WsBg* 29 sint *ScVu*

universalia, non erunt substantie (nichil enim communium hoc aliquid significat sed quale quid, substantia vero hoc aliquid est ; sed si est hoc aliquid et ponitur quod communiter predi- 1003a10
catur, multa erit animalia Socrates, ipseque homo et animal,
si significat singulum hoc aliquid et unum) ; — si igitur univer-
salia sunt principia, ea contingunt ; si autem non universalia
sed quasi singularia, non erunt scibilia (universales enim sunt 1003a15
omnium scientie), quare erunt principia diversa priora principiis
universaliter predicata, si futura est esse eorum scientia.

E(*A*^{b}*TJ*a) (2 quale quid (? οἱόνδε ; a)] τοιόνδε) (3 ponitur (a)] ἐκθέσθαι) 4 ipseque] + *καὶ

TaLlSc(*WsPxBg* ; *VuCn*) 2-3 hoc ... est[1]] quale ... erit *Vu* 3 quod + quia *Sc* : *post* communiter (-ni *Vu*) *PxVuCn* 4 erit *TaWsBg* : erunt *cett.* animalia + homines *Vu* Socrates + scilicet *Ws* ipseque + *et (*an recte* ?) *Wsj* 8 priora + a *Sc* 9 scientia + explicit liber tertius *Ws*

⟨METAPHYSICE ARISTOTELIS

LIBER QUARTUS⟩

1003a21 [1] Est scientia quedam que speculatur ens in quantum est ens et que huic insunt secundum se. Ea vero nulli est in parte dictarum eadem ; aliarum enim nulla intendit universaliter de ente in quantum est ens, verum partem eius abscidentes aliquam 1003a25 circa quidem hanc speculantur ipsum accidens, veluti scientiarum mathematice. Quoniam autem principia et extremas querimus causas, palam quia cuiusdam illas nature secundum hanc esse est necesse. Si ergo et entium elementa querentes ea quesie- 1003a30 runt principia, necesse et entis elementa esse non secundum accidens sed in quantum sunt entia ; unde et nobis entis in quantum est ens prime cause sunt accipiende.

[2] Ens autem multis quidem dicitur modis, sed ad unum et unam aliquam naturam et non equivoce, sed quemadmodum 1003a35 salubre omne ad sanitatem, hoc quidem in conservatione, illud vero in actione, aliud quia est signum sanitatis, hoc autem quia 1003b1 illius est susceptibile, et medicinale ad medicinam (hoc enim habendo medicinam dicitur medicinale illud vero existendo susceptibile ad eam et aliud per actus existentium medicine), similiter autem alia sumemus hiis dicta.

1003b5 Ita vero et ens multipliciter dicitur quidem, sed omne ad unum principium ; hec enim quia substantie, entia dicuntur,

---

E(A^bTJa) (7 quidem] *om.*) (9 hanc] αὑτήν) (20 per actus *existentium] τῷ ἔργον εἶναι)

TaLlSc(*WsPxBg* ; *VuCn*) 1-2 *titulum suppl.* : Incipit quartus *Ws* : *spat. tit. vac. Px* : *om. cett.* 5 universaliter *post* ente (6) *Ll* : *om. Ta*¹ 6 est *post* ens *Px* : *om. Ta* verum] sed *Ws* abscindentes *TaWsPxVu*,(?)*Cn* 7 quidem + partem *Ta*²*Ws* : + scilicet entis partem *Sc*² : partem *Ll* accidens ipsum *tr. Ll* velut *Sc* 10 est *ante* esse *PxBgVuCn* : *post* necesse *Ws* necessarie *Vu*,(?)*Bg* 11 necesse + est *LlWs* 14 modis dicitur *tr. Ll* et + ad *LlScBg* : + non *Vu* 15 aliquam *ante* unam *ScPx* : aliam *Bg*¹*Vu* 16 omne] esse (*post* sanitatem *Sc*) *TaLlScWsVu* : *om. Cn* illud] aliud *Ll* 19 subtile *LlBgVuCn* 20 *an* existentiam *scrib.* ? 22 vero *om. PxCn*

illa vero quia passiones substantie, alia quia via ad substantiam aut corruptiones aut privationes aut qualitates aut effectiva aut generativa substantie aut ad substantiam dictorum, aut horum quorundam negationes aut substantie ; quare et non ens esse 1003b10
non ens dicimus. Quemadmodum ergo et salubrium omnium una est scientia, ita hoc et in aliis. Non enim solum circa unum dictorum unius est scientie speculari sed ad unam dictorum naturam ; et enim ea modo quodam circa unum dicuntur. Palam ergo quia 1003b15
entia unius est speculari in quantum entia. Proprie vero primi est scientia, et ex quo alia pendent, et propter quod dicuntur. Ergo si hoc est substantia, substantiarum oportet principia et causas habere philosophum ipsum.

Omnis autem generis unius et sensus unus est et scientia, ut 1003b20
grammatica una ens omnes speculatur voces ; quapropter et entis in quantum ens quotcumque species speculari unius est scientie genere et species specierum. Si igitur ens et unum idem et una natura, quia se ad invicem consequuntur ut principium et causa, sed non ut uno verbo ostensa (nil autem restat nec si similiter 1003b25
suscipimus, sed primum magis) ; idem enim et unus homo et ens homo et homo, et non diversum aliquid ostendit secundum dictionem repetitam ipsum « est homo et homo et unus homo » (palam autem quia non separatur nec in generatione nec in cor- 1003b30
ruptione) ; similiter autem et in uno, quare palam quia additio in hiis hoc ostendit, et nichil aliud unum preter ens, amplius autem cuiusque substantia unum est non secundum accidens, similiter et quod ens aliquod. Quare quot unius sunt species, tot et entis ; de quibus quid est eiusdem scientie genere speculari, 1003b35
dico autem ut de eodem et simili et aliis talibus. Fere autem

---

E(A^bTJa) 4 quorundam (*T*)] τινὸς 9 entia²] + παντα χοῦ 15 in quantum ens (A^bJ^2a)] *om.* 21 ipsum (τὸ *cett.*)] τί est (*T*)] *om.* 24 hoc (? τοῦτο)] ταὐτὸ

TaLlSc(*WsPxBg* ; *VuCn*) 5 dicimus + non *Ta*¹ 6 hec *Px* 7 est unius *tr. TaSc* sed + et *Ll*²*Bgg* dictorum] -arum *Ta* 8 enim *om. Ll* dicitur *Px*²*Cn*¹ 9 in quantum entia *post* entia¹ *Ll* 10 et¹ *post* quo *Sc* 13 unius + // *Sc* et¹ *om. LlWs* 15 in quantum + est *LlBgVu* 18 non *om. Sc*¹ ut *om. Ll*¹*Sc*¹ uno verbo] una ratione *Ws*²*Bg*²*g* : un ///// *Ws*¹ si *om. Sc*¹*Vu* 20 et homo *om. Ta* secundum — homo³ (21) *om. Sc*¹ 21 repetitam dictionem *tr. BgVu* : [*Sc*¹] ipsum + quod *Sc*² : [*Sc*¹] unus *ante* et² *Ll* : *om. Ws* : [*Sc*¹] 22 palam autem *om. Sc* 24 aliud + est *LlWsPxCn*² 26 aliquid *Px*²*VuCn* 27 quid *scr.* : -dem *codd.* est *post* eiusdem *Bg* : *om. Vu*

1011b10 equale, sed non ad duplum equale. Verum ad opinans si idem est homo et opinatum, non est homo opinans sed opinatum. Si vero unumquodque fuerit ad opinans, ad infinita erit specie opinans.

Ergo quia cunctorum est opinio firmissima non esse simul
1011b15 veras oppositas dictiones, et quid accidit ita dicentibus, et quare ita dicunt, tot sunt dicta ; quoniam autem impossibile est contradictionem simul veram esse de eodem, palam quia nec contraria simul inesse eidem contingit ; contrariorum enim alterum est privatio, non minus vero substantie privatio ; sed
1011b20 privatio negatio est ab aliquo determinato genere ; si igitur impossibile est simul affirmare et negare vere, impossibile est contraria simul inesse, sed vel quandoque ambo vel alterum quandoque alterum vero simpliciter.

[7] Verum nec intra contradictionem nichil esse contingit, sed necessarium aut dicere aut negare unum de uno quocumque.
1011b25 Palam autem primum quidem diffinientibus quid verum et quid falsum. Dicere namque ens non esse aut non ens esse falsum est, et ens esse et non ens non esse verum est, quare qui dixerit illud esse aut non verum dicet aut mentietur ; sed neque ens
1011b30 dicitur non esse aut esse neque non ens. Amplius aut medium erit contradictionis quemadmodum viride nigri et albi, aut quemadmodum neutrum hominis et equi. Ergo si sic, non mutatur (nam ex bono in non bonum permutatur aut ex hoc in bonum), nunc autem non apparet (non est enim permutatio nisi in con-
1012a1 traria et media) ; sed si est medium, et ita contradictio in album

---

E($A^b TJ$) 4 ad^2 (A^b)] *om.* 10-11 sed privatio (A^b)] *om.* 13 alterum (A^b)] + μὲν 16 quocumque] ὁτιοῦν (17 quid^2] **om.*) 18 non ens (A^b)] τοῦτο 20 illud (A^b)] *om.* 21 dicitur ($A^b T$)] λέγει 24 bono ... non bonum ... bonum] μὴ ἀγαθοῦ ... ἀγαθὸν ... μὴ ἀγαθὸν 25 non^1] ἀεὶ 26-**81**.2 et ita contradictio in album et non albi generatio et sic erit aliqua in album non ex non albo generatio] καὶ οὕτως εἴη ἄν τις εἰς λευκὸν **οὐκ ἐκ μὴ λευκοῦ γένεσις* : καὶ οὕτως ἡ (*om. Al.*) ἡ αντίφασις εἰς λευκὸν οὐκ ἐκ μὴ λευκοῦ γένεσις $A^b Al$.

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 1 terminatum *Sc* 4 specie erit *tr. TaSc* 8 est *om. LlBg* simul veram esse *LlVu* : esse veram simul *tr. Bg* : esse simul veram *tr. TaSc* : v.s.e. *tr. cett.* 9 eidem *post* contingit *Ll* : *om. Cn*^{1} 10 est *om. PxVuCn* substantie (+ est *Sc*) vero privatio (*om. Ws*) *tr.* (*an recte ?*) *Bg Cn* : vero privatio substantie *tr. PxVu* 12 est^1 *om. LlSc* 14 quandoque + vel *Ll*^{1} 15 inter *LlWsKo,*(*?*)*Px* 16 aut dicere *om. VuCn* quoque *ScVu,*(*?*)*Bg* 17 quidem *om. Ta*^{1} quid^2 **om.* (*an recte ?*) *TaLlBg* 18 non^1 *om. Sc*^{1} 19 est^2 + et *Ll* 20 non *om. Sc* 21 amplius + autem *PxVuCn* 22 erit *om. WsKo* albi ... nigri *tr. TaScVuCn* 24 nam + aut *Px*^{2}*VuCn* 25 non est enim] neque enim est *LlWsKo*

et non albi generatio, et sic erit aliqua in album non ex non albo generatio, nunc autem non videtur. Amplius omne sententiale et intellectuale mens aut affirmat aut negat — hoc autem ex diffinitione palam, quia verum dicit aut mentitur ; quando quidem sic componit dicens aut negans, verum dicit ; quando 1012a5 non sic, mentitur. Amplius preter omnes oportet esse contradictiones, nisi orationis causa dicant ; quare nec verum dicit aliquis nec non verum dicit, et preter ens et non ens erit, quare et preter generationem et corruptionem transmutatio quedam erit. Amplius in quibuscumque generibus negatio contrarium 1012a10 inest, in hiis erit, ut in numeris neque par neque impar numerus ; sed impossibile ; ex diffinitione vero palam. Amplius in infinitum vadit, et non solum emiolia que sunt erunt sed plura. Iterum enim est negare hoc ad dictionem et negationem, et hoc erit aliquid ; nam substantia est quedam eius alia. Amplius quando 1012a15 interroganti si est album dicit quia non sit, nichil aliud negavit quam ipsum esse ; negatio vero est non esse. Evenit autem quibusdam ea opinio sicut alie inopinatorum ; quando solvere non possunt orationes contentiosas, annuentes orationi confirmant verum esse quod est sillogizatum. Igitur hii quidem talem causam 1012a20 dicunt, illi vero propter omnium rationem inquirendam. Principium autem ad hos omnes ex diffinitione. Diffinitio autem fit ex significare aliquid necessario res esse ; oratio namque cuius nomen est signum diffinitio fit. Videtur autem Eracliti oratio 1012a25 quidem, dicens omnia esse et non esse, omnia vera facere, que vero est Anaxagore, esse aliquid medium contradictionis, quare

---

E(A^b*TJ*) 4 *quia (? ὅτι)] ὅταν (6 *non] δὲ) 7 dicant (λέγηται A^b)] λέγεται 11 *inest] ἐπιφέρει καὶ par ... impar] *tr.* 14 est (*J*)] ἐσται 16 negavit (ἀποπέφηκεν *J*)] ἀποπέφυκεν 18 quando (A^b)] + *γὰρ 20 quidem] + διὰ 23 res esse] εἶναι αὐτούς : αὐτοὺς εἶναι *T*

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 1 non¹ + *non *Ko*²*Cn* : + in *Sc*² non² *om. Ll* 2 amplius + autem *PxVuCn* sensuale *Sc* 4 quia] *an* quando *scrib.*? 5 compositum *Sc* 6 non] *an* vero *scrib.* ? contradictiones + dici *Ta*¹ 8 ens¹ *om. Ta*¹ 11 inest] *an* inducit et *scrib.* ? 13 erit *TaLlPxVuCn* 14 negare hoc *WsKo* : *tr. cett.* 16 quia non *Ll* : quod non *WsKo* : quia *cett.* sic *TaBg* negavit + nisi *VuCn* 19 contentiosas orationes *tr. LlKo* annuentes + *enim (*an post* quando (18) *ponendum* ?) *LlScWsKo*²(**g**) 20 ergo *Sc* 22 autem¹ + ut *Ll* omnes hos *tr. BgVu* autem² *Sc* : enim *cett.* 24 diffinitio + enim (*cf.* 22) *Sc*¹ fit + diffinitio fit *Sc*¹ : + in *Ll* 25 quidem *om. LlWsKoVuCn* 26 est *om. WsKo*

omnia falsa ; nam quando miscentur, nec bonum nec non bonum mixtum, quare nichil dicere verum.

1012a30 [8] Hiis autem diffinitis palam quia et unice dicta et de omnibus impossibile est esse sicut quidam dicunt, hii quidem dicentes nichil verum esse (nichil enim prohibere dicunt sic omnia esse sicut diametrum commensurabilem esse), illi vero omnia vera. Fere namque hee orationes eedem ipsius Eracliti ;
1012b1 nam qui dicit quod omnia sunt vera et omnia falsa, extra orationes has utrumque dicit, quare si sunt impossibilia illa, et ea esse est impossibile.

Amplius autem palam quia contradictiones sunt quas non est possibile simul esse veras nec falsas omnes ; et etiam putabitur
1012b5 magis contingere ex dictis. Sed ad omnes tales orationes queri oportet, quemadmodum in superioribus orationibus dictum est, non esse aliquid aut non esse sed significare aliquid, quare ex diffinitione disputare oportet accipientes quid significat verum aut falsum. Sed si nichil aliud quam verum dicere aut negare
1012b10 falsum est, impossibile omnia falsa esse ; necesse est enim contradictionis partem alteram esse veram. Amplius si omne aut dicere aut negare est necesse, utrasque falsas esse est impossibile ; altera namque pars contradictionis est falsa. Contingit etiam
1012b15 quod est firmatum omnibus talibus orationibus, se ipsas destruere. Nam qui omnia vera dicit orationis sue contrariam veram facit, quare eiusdem non veram (contrarius enim non dicit eam esse veram), qui vero omnia falsa et se ipsum. Sed si auferant, hic quidem contrariam, quia non vera sola, ille vero suam propriam,

---

E(*A*^{b}*TJ*) 7 hee (οὗτοι *A*^{b})] αὐτοῖς ipsius] τῷ : τῷ τοῦ *A*^{b} 12 nec (+ δὴ *cett.*)] + δεῖ 16 significat (*A*^{b})] σημαίνειν 16-17 verum ... falsum] *tr.* (23 orationis] λόγον) 24 eiusdem (τὸν αὐτοῦ *A*^{b})] τὸν ἑαυτοῦ esse (*J*)] *om.* 26 sola (*A*^{b})] + ἐστίν

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 1 bonum^2 + est *TaScPxVuCn* 2 quare + de *Ta*^{1} 3 et^1 *om. LlWsPxKo* univoce *LlWs*,(?)*Sc*^{1} et^2 *om. Sc* 4 esse *om. WsKo* 8 quod] quia *Sc* 11 sunt *om. Ll* est *LlWsKo* : esse *cett.* 13 contingere + dicere *Cn* : dicere *Vu* 16 quod *Ll* 17 sed — est^1 (18) *om. Sc*^{1} sed *om. Ll* : [*Sc*^{1}] si *om. LlKo*^{1} : [*Sc*^{1}] 18 impossibile + est *TaSc* necesse *om. TaScWs*^{1}*PxBgVuCn* 19 alteram partem *tr.* (*an recte* ?) *LlKo* veram esse *tr. Ll* aut *om. WsKo* 20 esse *ante* falsas (veras [?] *Sc*) *Px* · *om. Ll* impossibile est *tr. LlSc* 21 convenit *PxCn* : et venit *Vu* : //////// *Ll*^{1} etiam + autem *Px*^{1} : //// *Ll*^{1} 22 quod + etiam *Ws* : quando *PxVuCn* 23 quia *PxVuCn* dicit] facit *PxVuCn* 24 contrarius enim non *WsKo* : -iam non enim *cett.* eam (eadem *Ll*) dicit *tr. LlWsKo* 26 contraria *TaCn*

quia non falsa, non minus erit infinitas significare eis querere 1012b20
orationes veras et falsas ; nam qui dicit veram orationem verus
est, et hoc in infinitum vadit.

Palam autem quia nec qui omnia quiescere dicunt vera dicunt
nec qui omnia moveri. Nam si quiescunt omnia, et semper eadem
vera et falsa erunt, videtur autem hoc transmutatum (nam qui 1012b25
dicit, is quidem aliquando non erat et iterum non erit) ; si vero
omnia moventur, nichil erit verum ; ergo omnia falsa ; sed
ostensum est quia impossibile est. Amplius ens permutari est
necesse ; nam ex aliquo in aliquid est permutatio. Sed nec omnia
quiescunt aut moventur aliquando, semper autem nichil ; sunt 1012b30
enim quedam que semper moventur mota, et primum movens
immobile id ipsum.

E(A^bTJ) 1 *significare (? σημαίνειν)] συμβαίνει 2 orationem (A^b)] + ἀληθῆ 5 et (A^b)] **om.* (7 quidem] *om.*) 11 aliquando (*TJ*)] + δὲ 12 quedam que ... moventur (A^b)] τι ὃ ... κινεῖ

TaLlSc(*WsPxKoBg* ; *VuCn*) 1 significat (*an recte* ?) Ko^1 : *om. Ll* 2 nam] natura Ta^1 3 hic *PxVuCn* in- *om.* Ta^1 4 quia] in infinitum *Bg* nec] non Sc^2 : *om.* Sc^1 5 omnia^2 *LlWsKo* : contraria *cett.* et **om. Vu* eadem *om.* Ta^1 6 hoc + tamen *Ws* : *om.* Ta^1 7 hiis Ws^1Ko^1 erit] e / *Ll* 7-8 si vero omnia] / / / / / / / / / *Ll*^{1} 10 est *om. Ll* 13 id] et Ll^1WsKo^1 ipsum + explicit liber quartus *Ws*

⟨METAPHYSICE ARISTOTELIS

LIBER QUINTUS⟩

1012b35 [1] Principium dicitur aliud quidem unde aliquis rem moveat
1013a1 primum, ut longitudine et via hinc quidem principium ipsum, econtrario vero diversum ; aliud unde optime fit unumquodque, ut et disciplinatum non a primo rei principio aliquando inchoandum est, sed unde oportunius discat ; aliud unde primum gene-
1013a5 ratur inexistente, ut navis sedile et domus fundamentum, et animalium alii cor alii cerebrum alii quodcumque talium suscipiunt ; aliud autem unde fit primum non inexistente et unde primum motus natus initiari et permutatio, ut puer ex patre et
1013a10 matre et bellum ex convicio ; aliud cuius secundum prevoluntatem moventur mobilia et mutantur mutabilia, ut civitatem principatus et potestates et imperia, et secundum quod principia dicuntur et artes, et harum architectonice maxime. Amplius
1013a15 unde nota res fit primum, et id principium rei dicitur, ut demonstrationum suppositiones. Totiens autem et cause dicuntur ; omnes enim cause principia. Omnium igitur principiorum commune est primum esse unde aut est aut fit aut cognoscitur ; horum autem

---

E(A^b*TJ*) (3 rem moveat] τοῦ πράγματος κινηθείη) (4 ipsum (? αὐτὴ)] αὕτη) 5 fit unumquodque (A^b)] *tr.* (6 primo] + καὶ) (9 quodcumque talium] ὅ τι ἂν τύχωσι τοιοῦτον) 13 ut] + κατὰ (14 *secundum quod] τυραννίδες) 18 principiorum commune (A^b)] *tr.*

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 1-2 *titulum suppl.* : Incipit quintus *Ws* : *spat. tit. vac. Px* : *om. cett.* 4 ipsum + et *Sc* 6 et *om. LlScWsPx*¹*Ko*²*Cn* disciplinarum *ScKoBg* : -tur *Cn* non a primo *coni. Geyer* : nam non primo *Ws* : nam primo *Vu* : nam primo non (+ est ab primo *Px*) *cett.* aliquando *post* est (7) *LlWsKo* 7 oportunus *Px*¹*Vu* : optime *Ko* : optimum *Ws* : opt/// *Sc*¹ primo *LlScWsKo* 10 sit *ScKo* 11 natus + est *Ll* et² *om. Ta* 12 matre] ? *Sc* et *om. Ta* secundum cuius (cum *Sc*) *tr. Ll* 13 et — mutabilia *om. Ll* civitatum *Ta* 14 et¹ *om. LlBg* secundum quid *Sc*¹ : *an* τυραννίδες (ty... ?) *vel* gg *vel aliquid simile scrib.* ? 15 architectorice *Ll* : -tores *Vu* maxime + finis *Px*²*VuCn*² 16 res *ante* nota (*om. Sc*¹) *TaBg* : *post* fit (sit *Ta*) *LlWsKo* 18 est commune *tr. LlWsPxKoBg* 19 esse] omne *Ta*,(?)*Cn*

hec quidem inexistentia sunt illa vero extra. Quapropter et natura 1013a20
principium et elementum et mens et prevoluntas et substantia
et quod est cuius causa ; multorum enim et cognitionis et motus
principium est bonum et malum.

[2] Causa vero dicitur uno quidem modo ex quo fit aliquid
ut inexistente, ut es statue et argentum phyale et horum genera, 1013a25
alio vero species et exemplum, hoc autem est ratio ipsius quid
erat esse et huius genera (ut diapason duo ad unum et ex toto
numerus), et partes in ratione. Amplius unde principium permu- 1013a30
tationis primum aut quietis, ut consiliator causa, et pater pueri
et omnino efficiens facti et commutabilis mutans. Amplius ut
finis ; hoc autem est quod est cuius causa, ut ambulandi sanitas.
Nam quare ambulant ? dicimus : ut sanentur. Et dicentes ita 1013a35
putamus reddidisse causam. Et quecumque movente alio fiunt
infra finem, ut sanitatis attenuatio aut purgatio aut pharmaca 1013b1
aut organa ; ea namque omnia finis causa sunt, differunt autem
ab invicem tamquam entia hec quidem ut organa illa vero ut
opera. Ergo cause fere totiens dicuntur, accidit autem multotiens
dictis causis et multas eiusdem esse causas non secundum accidens 1013b5
(ut statue effector statue et es non secundum aliud aliquid sed
in quantum statua; verum non eodem modo sed hoc quidem ut
materia illud vero ut unde motus), et ad invicem cause sunt (ut
dolor causa est sanitatis et causa ea dolendi ; sed non eodem modo, 1013b10
verum hoc quidem ut finis illud vero ut principium motus).
Amplius autem idem quandoque contrariorum est causa ; quod
enim presens huius est causa, hoc absens causamur quandoque
de contrario, ut absentiam gubernatoris deperditionis, cuius

E($A^b TJ$) 13 sanentur (*ὑγιαίνῃ cett.*)] *ὑγιαίνει* 20 statue] + **καὶ* 23 causa[1] (A^b)] *om.* causa[2]] *om.* 25 causa] *om.*

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 1 inexistenti *Px* : -te *LlWsKoVuCn* 7 vero + id est modo Ta^2 : + modo Px^2 : autem modo *VuCn* 8 diaphason *Ta* : diapson Sc^1 9 oratione *ScBg* unde] unum Ta^1Bg^1 principium + motus Px^2VuCn 10 consiliator (conci- *Ta*) + est *TaWsKo* pater + in (id est Ta^2) natura Ta^2Px^2VuCn 12 est autem *tr. Ll* quod *om. WsKo* est[2] *om. WsCn* 13 salventur *WsKo* 14 reddisse *LlKo* : dedisse *PxVuCn* que- *om.* Ta^1 15 ut *om.* Ta^1PxBg^1VuCn sanitatis *om. TaLlScPxBg*^{1}*VuCn* pharmacia *LlWs* : farmaciva *Bg* 16 sunt causa *tr. Sc* 18 cause] omne *Sc* 19 eius Sc^1 20 statue + *et (*an recte ?*) *Ws* aliquid *om. Sc* 22 ut[1] *om. LlPxVuCn* 23 est *ante* causa[1] *LlPxVu* : *post* sanitatis *Ko* ea causa *tr. Ll* 24 motus + et ad invicem causa sunt ut dolor causa sanitatis (*vide* 22-23) *Ta* 25 autem *om. Ll* 26 enim + est *PxVuCn* hoc + autem *Ll* quandoque *om. Ll* 27 absentia *LlKo* perditionis *Ta*

1013b15 erat presentia causa salutis ; utraque vero, et presentia et privatio, cause sunt quasi moventes.

Omnes vero cause dicte in quatuor modos cadunt manifestissimos. Nam elementa sillabarum et materia factorum et ignis
1013b20 et terra et huiusmodi omnia corporum et partes totius et suppositiones conclusionis ut ex quo cause sunt ; horum autem hec quidem quasi subiectum, ut partes, illa vero ut quid erat esse, et totum et compositio et species. Sperma vero et medicus et consiliator et omnino efficiens, omnia unde principium permu-
1013b25 tationis aut status. Alia vero ut finis et bonum aliorum ; nam quod est cuius causa optimum et finis aliorum vult esse ; nil autem refert dicere sive bonum sive apparens bonum.

Cause igitur hee sunt et tot species, modi vero causarum
1013b30 numero quidem sunt multi, capitulati vero et hii pauciores. Dicuntur enim cause multipliciter, et earum conspecialium prius et posterius altera alia, ut sanitatis medicus et artifex, diapason duplum et numerus, et semper que singularia sunt continentia.
1013b35 Amplius autem ut accidens et horum genera, veluti statue aliter Policlitus et aliter statue factor, quia accidit statue factori
1014a1 Policlitum esse ; et continentia accidens, ut homo causa statue, aut et ex toto animal, quia Policlitus homo et homo animal.
1014a5 Est autem et accidentium alia aliis remotiora et propinquiora, ut si albus et musicus causa dicuntur statue, et non solum Policlitus aut homo. Preter omnes autem et proprie dictas et que sunt secundum accidens, hec quidem ut potentia dicuntur illa vero ut agentia, ut edificationis edificator aut edificans.

E(*A*^{b}*TJ*) 3 cause] + *νῦν* (13 *species] *τῷ εἴδει*) (17 singularia] *ὁτιοῦν τῶν καθ' ἕκαστα*) 26 edificans] + *οἰκοδόμος*

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 1 presentia^{1} *post* salutis *PxVuCn* vero + scilicet *Ta*^{2} : scilicet *PxCn* : [*Vu*] et^{1} *om. Ta* 2 causa *Ta*^{1} quare *PxVuCn* 3 cadunt modos *tr. LlWsKo* manifestos *Ll* 6 causa *Ta*^{1} sunt *om. Ll* harum *WsKo* 7 vero illa *tr. TaLl*^{1}*Bg*^{1}*VuCn* : /// illa /// *Px*^{1} : nichil deest illa vero nichil deest *Px*^{2} ut^{2} — vero et (8) *om. Ta*^{1} 8 et^{1}] erat *PxVuCn* : *om. LlScBg* : [*Ta*^{1}] et^{5} *om. TaScPxKoVu* 9 omnia + sunt *WsKo* unde] unum *Ta* principia motus *PxVuCn* 10 alia] -orum *PxVuCn* 11 nichil *LlPxBg* 13 sunt hee *tr. LlWsKo* *an* spccie *scrib.* ? 14 multi sunt *tr. LlSc* 15 con- *om. Ta*^{1}*BgVu* 16 diaphason *Ta* : dyapson *Sc*^{1} 19 Poliditus *LlKo*^{1}*Cn* 21 et^{1} *om. WsKoBg* Poliditus *LlKo*^{1}*Cn* 22 est] sunt (*an recte* ?) *LlBg*^{2}**g** propinquiora + esse *Ta* 23 si *om. PxVuCn* dicantur *Ll* 24 pretcr omnes] pre -ibus *TaScBg* : prioribus *PxVuCn* dictas + causas *Ll* : -a *TaScBgVuCn* : -is *Px* 25 sunt *post* accidens *LlPxVuCn*

Similiter autem dicentur et in quibus cause sunt cause dictis, 1014a10
ut huius statue aut statue aut omnino ymaginis, aut eris huius
aut eris aut omnino materie ; et in accidentibus similiter. Amplius
autem complexa et ea et illa dicentur, ut nec Policlitus nec statue 1014a15
factor. Attamen omnia ea sunt pluralitate sex, sed dupliciter
dicta ; aut enim ut singulare aut ut genus et secundum se, aut
secundum accidens aut ut genus accidentis, aut ut ea complexa
aut ut simpliciter dicta, amplius ut agentia aut secundum 1014a20
potentiam. Differunt autem in tantum, quod agentia quidem et
singularia simul sunt et non sunt eadem et quorum cause, ut
hic medens cum hoc convalescente et hic edificator cum hoc
edificio, que vero sunt secundum potestatem non semper ;
corrumpuntur enim non simul edificium et edificator. 1014a25

[3] Elementum dicitur ex quo componitur primo inexistente
indivisibili specie in aliam speciem, ut vocis elementa ex quibus
vox componitur et in que dividitur ultima, illa vero non in alias
voces ab eis specie diversas, at et si dividantur, particule sunt 1014a30
conformes, ut aque particula aqua, sed non sillabe. Similiter
autem et corporum elementa dicunt dicentes in que dividuntur
corpora ultima, et illa non in alia specie differentia corpora ; et
sive unum sive plura talia, ea elementa dicunt. Similiter vero et 1014a35
que sunt dyagrammatum dicuntur elementa, et ex toto que sunt
demonstrationum ; nam prime demonstrationes in pluribus
demonstrationibus existentes, ee demonstrationum elementa 1014b1
dicuntur ; sunt autem tales sillogismi primi per unum medium
ex tribus terminis. Et transferentes elementum vocant hinc quod
unum ens et parvum ad multa est utile, quapropter parvum et 1014b5
simplex et indivisibile dicitur elementum. Unde evenit maxime

---

E(A^b*TJ*) 5 factor] + ἀλλὰ Πολύκλειτος ἀνδριαντοποιός 6 aut ut genus (A^b)] *om.* et secundum se (τοῦ καθ' αὑτά A^b)] *om.* 16 dividitur (*cett.*)] διαιρεῖ 26 terminis] *om.* : μέσων A^b

---

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 1 dicuntur *Sc* cause² *om. PxKo²Cn* 2 ut *om. PxVu* statue aut *semel tantum Sc¹Px* 4 autem *om. Ll* et² *om. LlWs* dicuntur *TaSc* 5 omnia *post* sunt *Ta* 7 ut² *om. Ta¹Sc* 8 ut¹ *om. Ll* ut²] aut *Ll* 12 edificato *KoCn* sunt *om. Ll* 14 elementum + vero *ScWsPxKoBgVuCn* 16 dividuntur *ScPxKo¹VuCn*,(?)*Ta¹* 17 diversas specie *tr.* (*an recte* ?) *Ll* at] ac *Ll* 18 sillaba *Sc* 19 autem *om. Ll* dicente *Ll* 21 talia] tanta *Ll* : *om. PxBgVuCn* vero] autem *Sc* 22 dicimus *Ta* 24 demonstrationibus *om. LlWsKo* ee *scr.* : esse *codd.* demonstrationum *om. Sc* 27 parvum¹ + quod *PxVu* ad *om. Sc* et² *om. ScCn¹* 28 elementum dicitur *tr.* (*an recte* ?) *Ll*

universalia elementa esse, quia unumquodque eorum unum ens et simplex in multis inest aut omnibus aut plurimis, et unum et punctum principia quibusdam videntur esse. Quoniam ergo
1014b10 vocata genera universalia sunt indivisibilia (non enim est eorum ratio), elementa genera dicunt aliqui, et magis quam differentiam, quoniam universale magis genus ; nam cui differentiam inesse, et genus id sequitur, sed cui genus, non omne differentia. Omnium
1014b15 autem commune est elementum cuiuslibet esse quod primum est cuique.

[4] Natura vero dicitur uno quidem modo generatorum generatio, ut si quis porrigens dicat naturam, uno vero ex quo generatur primum generatum inexistente ; amplius unde motus primus in quolibet natura entium et est in eo in quantum id
1014b20 existit ; generari vero dicuntur quecumque augmentum habent per diversum in tangendo et in simul apte esse et adesse apte ut embria ; differt autem conflatio a tactu, hic enim nichil preter tactum diversum est necesse esse, in simul vero apte existentibus
1014b25 est aliquid unum idem in ambobus quod facit pro tactu simul apte esse et unum esse secundum quantitatem et continuitatem, sed non secundum qualitatem. Amplius autem natura dicitur ex quo primo aut est aut fit aliquid entium natura, inordinato existente et immutabili a sua potestate, ut statue et vasorum
1014b30 ereorum es natura dicitur, et ligneorum lignum ; similiter autem et in aliis ; ex hiis enim est unumquodque salvata prima materia ; hoc enim modo et existentium natura elementa dicunt esse naturam, alii ignem alii terram alii aquam alii aerem alii aliud
1014b35 aliquid tale dicentes, alii quedam horum alii omnia ea. Amplius

---

E($A^b TJ$) 3 videntur (A^b *T*)] δοκεῖν 4 *sunt] καὶ non (A^b)] εἰς 6 differentiam inesse] ἡ *διαφορὰ ὑπάρχει (11 naturam] τὸ υ) 13 et est] *om.* id (*cett.*)] αὐτῶι (15 et²] ἢ) 19 quantitatem ... continuitatem] *tr.* 26 aquam ... aerem] *tr.*

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 1 unum + est *PxVuCn* 2 simpliciter *Sc* in- *om. WsKo* aut² *om. PxVuCn* pluribus *Ll* 3 videntur quibusdam *tr. LlKo* 4 sunt] *an* et *scrib. vel addend.* ? 5 aliquid *Ta*¹ 6 *differentia *TaLl* 7 id genus *tr. Ll* omnem *Ws* differentiam *LlScWs* 8 autem] enim *Sc* primum] principium *WsPxKoVuCn* 11 uno] illud *Bg* vero + modo illud vero *PxVu* 14 existit] inex- *Ll* aug-] ali- *PxCn*, (?)*Bg*¹*Vu*¹ 16 enim + est *Ta* 19 aptum *Ta* et (+ secundum *WsKo*) continuitatem *om. Ll* 22 potestate *scr.* : proprietate vel potestate *codd.* vasis *TaScPxBg*¹*VuCn* 26 naturam] materiam *Sc* aquam ... terram *tr. LlWsKo* aliud *om. Ll* 27 ostendentes *Sc* alii² + vero *Sc*

alio modo dicitur natura existentium natura substantia, ut dicentes naturam primam esse compositionem, aut ut Empedocles dicit quia « natura nullius est entium, sed solum permixtio et 1015a1
relaxatio permixtorum est, natura vere in hominibus nomi-
natur ». Quapropter et quecumque natura sunt aut fiunt, iam existente ex quo apta nata sunt fieri aut esse, non dicimus naturam habere si non habent speciem et formam. Ergo natura 1015a5
quod ex hiis utrisque est, ut animalia et eorum partes ; et etiam natura materia prima (et ea dupliciter, aut que ad id prima
aut ex toto prima, ut operum ereorum ad ea quidem primum es, totaliter vero forsan aqua, si omnia liquescentia aqua) et species 1015a10
et substantia ; hoc autem est finis generationis. Metaphora vero iam et omnino omnis substantia natura dicitur propterea, quia et natura substantia quedam est. Ex dictis igitur prima natura
et propria dicta est substantia principium motus habentium in 1015a15
se in quantum ea ; materia namque, quia eius est susceptibilis, esse dicitur natura, et generationes et generari, quia sunt ab ea motus. Et principium motus natura existentium id est, existens aut potestate aut perfectione.

[5] Necessarium dicitur sine quo non contingit vivere quasi 1015a20
concausali (ut spirare et cibus animalium necessarium, nam sine hiis est impossibile), et sine quibus bonum esse non contingit aut fieri, aut aliquod malum expellere aut privari (veluti bibere farmacum necessarium ut non laboret, et ad Eginam navigare 1015a25
ut pecuniam recipiat). Amplius vim faciens et vis ; sed hoc est secundum ormen et prevoluntatem impediens et prohibens, nam vim patiens necessarium dicitur, quapropter et flebile (sicut Euenus ait « omnis enim res necessaria lamentabilis est facta ») 1015a30
et vis necessitas quedam (ut Sophocles dicit « sed vis ea me

E(A^bTJ) 21 animalium] τῷ ζῴῳ 22 impossibile] + εἶναι

TaLlSc(*WsPxKoBg* ; *VuCn*) 2 esse *ante* primam *Bg* : *post* compositionem *Sc* ut *om. Px*^{1}*VuCn* 3 quod *ScBg* 4 est *om. TaLlScWsKoBg*^{2} vero (*an recte* ?) *Ws* : -a *Bg* omnibus *LlPxKoBg*^{1}*VuCn* 5 et *om. LlWsKo* -que *om. Ta* 5-6 existente iam *tr. Ta* 8 ut] et *Ta* et^2] est *Ll* 9 et ea dupliciter *om. Ll* 15 *an* proprie *scrib.* ? 17 dicitur esse *tr. Ll* generationis *Ta* 18 id *om. Sc* 21 con-] cum *TaPxBg* : *om. Cn*^{1} necessarium + est *WsBgVuCn* : *om. Sc*^{1} 23 aliquod *post* malum *BgVu* : *om. Cn* repellere *Ta*^{1} velut *Ll* 24 pharmaticum *LlWsKo* 25 sed] secundum *Sc* 27 faciens *LlWsKo* etiam *Ta* flebile + est *TaLlWsKo* 29 ait *Ta*

facere cogit »), et videtur necessitas incredibile esse recte ;
contrarium enim est motui secundum prevoluntatem et secun-
dum excogitationem. Amplius quod non contingit aliter se habere
1015a35 necessarium dicimus sic se habere ; et secundum hoc necessarium
et alia dicuntur omnia necessaria ; vim enim patiens necessarium
1015b1 dicitur aut facere aut pati tunc, quando non contingit secundum
ormen propter coactum, quasi eam necessitatem existentem
propter quam non contingit aliter, et in concausalibus vivendi
1015b5 et boni similiter ; nam cum non contingit hinc quidem bonum
illinc vero vivere et esse sine aliquibus, ea necessaria ; causa
necessitas quedam est ea. Amplius demonstratio necessariorum
est, quia non contingit aliter se habere quod demonstratum est
simpliciter ; huius autem causa est que prima sunt, si impossibile
est aliter se habere ex quibus est sillogismus. Horum quidem
1015b10 diversa causa necessario est, aliorum vero nulla, sed propter ea
alia sunt ex necessitate. Quare primum et proprium necessarium
ipsum simplex est ; hoc enim non contingit plus habere, quare
nec aliter et aliter ; iam enim plus haberet. Ergo si qua sunt
1015b15 sempiterna et immobilia, nichil illis est vi nec preter naturam.

[6] Unum dicitur aliud secundum accidens aliud secundum se,
secundum accidens quidem ut Coriscus et musicus, et Coriscus
musicus (idem enim est dicere Coriscus et musicus, et Coriscus
1015b20 musicus), et musicum et iustum, et musicus iustus Coriscus ;
omnia namque ea unum dicuntur secundum accidens, iustum
quidem et musicum, quia uni substantie acciderunt, musicum
vero et Coriscus, quia alterum alteri accidit ; similiter autem et
modo quodam musicus Coriscus cum Corisco unum, quia altera
1015b25 partium alteri accidit earum que sunt et in oratione, ut musicum
Corisco ; et musicus Coriscus iusto Corisco, quia utriusque pars

---

E(*A*^{b}*TJ*) 10 necessaria] + καὶ 12 quod] εἰ 13 causa] αἴτια (17-18 plus (? πλέον)] πλεοναχῶς) 19 nichil (*cett.*)] οὐδ' ἐν 22 musicus^{2}] τὸ μουσικὸν 28 et] **om.*

TaLlSc(*WsPxKoBg* ; *VuCn*) 1 videtur + vel *Px* increpabile *Vu*^{2}(***g***) : non increpabile *Ta*^{2}*Bg*^{2}***g*** : inculpabile *Ws Ko* : ||||||||||| *Bg*^{1} esse + et *Sc* 2 enim *om. Sc* est *post* motui *Ll* : *om. BgVuCn* 3 amplius + autem *Ll* 4 necessarium^{1} (*post* dicimus *Ll*) — habere *om. Vu* 9 boni] -is *WsKo* 10 sine *om. TaSc* necessaria (necesse *Ws*) + sunt *WsKo* 11 ea *scr.* : *om. Cn* : enim (*ante* necessitas *LlWsKoVu* : *ante* est *Ta*) *cett.* 15 necessarii *WsKo* : -ia *Bg*^{2}*Cn*^{2}(***g***) 17 simpliciter *LlSc*,(?)*Ko* 19 illis *post* vi *Ll* 22 dicere + et *Ll* 24 dicuntur unum *tr. Ll* 25 accidunt *LlPx*^{2}*BgVuCn* 26 choriscum *Sc* alteri alterum *tr. Ta* 28 et **om.* (*an recte* ?) *Ko*^{1}*Bg*^{2}

eidem uni accidit una. Nichil enim differt quam Corisco musicum accidere. Similiter autem sive in genere sive in universali in aliquo nominum dicatur accidens, ut quia idem homo est et 1015b30
musicus homo ; aut enim quia homini uni existenti substantie
5 accidit musicum, aut ambo singulorum alicui accidunt, ut Corisco. Tamen non eodem modo ambo insunt, sed hoc quidem forsan ut genus et in substantia, illud non, sed aut habitus aut passio substantie.

Ergo quecumque secundum accidens dicuntur unum, hoc 1015b35
10 modo dicuntur ; secundum se vero unum dictorum alia dicuntur continuitatis essentia, ut honus cum ligatione et ligna cum 1016a1
visco ; et linea, quamquam indirecta sit, quia continua, una dicitur, sicut et partium singule, tibia et brachium. Horum autem magis unum sunt natura continua quam arte. Continuum vero 1016a5
15 dicitur cuius motus est unus secundum se et non possibile aliter ; sed unus unius indivisibilis, et indivisibilis secundum tempus. Secundum se autem continua quecumque non tactu sunt unum ; nam si ponis se tangentia ligna, non dices ea unum esse nec lignum nec corpus nec aliud continuum. Que vero omnino
20 sunt continua unum dicuntur quamvis curvitatem habeant, 1016a10
amplius magis que non habent curvitatem, ut tibia aut femur, quia contingit non unum esse motum totius. Et recta magis quam curva unum ; curvam vero et angulum habentem unam et non unam dicimus, quia contingit et non simul esse motum 1016a15
25 eius et simul ; recte vero semper simul, nec particula mensuram habens hec quidem quiescit illa vero movetur, quemadmodum curve. Amplius alio modo dicitur unum subiectum specie [forma] indifferens ; indifferens vero quorum indivisibilis est species

---

E(A^b*TJ*) (2-3 *universali in aliquo] τῶν καθόλου τινὸς : τοῦ καθόλου τινὸς *T*) 5 aut] + ὅτι 7 *non sed aut] δὲ ὡς (12 quia] δὲ) 16 *unius] οὗ 21 femur] + σκέλους 22 totius] τοῦ σκέλους 25 eius] + εἶναι 27 unum (A^b)] *om.* (*forma] *om.*)

TaLlSc(*WsPxKoBg ; VuCn*) 1 accidit uni *tr. Ll* 2 universali in] *an* universalium *scrib.* ? 4 musicus + et *WsKo*^{2} quia enim *tr. TaWsKo* 5 aut *om. Ll* 6 quidem] idem *Sc* 7 et *om. LlPx*^{2}*Bg*^{1}*VuCn* illud + vero (*an recte* ?) *LlKo*^{2} non sed aut] *an* vero ut *scrib.* ? 8 substantie *om. WsKo* 10 vero se *tr. Ta* 12 continua + et *LlWsKo*^{1} 13 singule + et *Ta*^{1}*WsKo*^{1} 14 sunt *om. Ll* 15 possibile + esse *LlWsKo* 16 unius] *an* cuius *scrib.* ? indivisibilis^2] -e *Ta* 21 magis *post* curvitatem *Sc* habent] -et *WsKo* 22 quod *Ll* 27 subiectum + esse *Ta*^{1} specie + et *WsKo* forma *excl.* : *an glossa e tr. Nova* (*t.* 9) ? 28 in-^{1} *om. Sc*

1016a20 secundum sensum ; sed subiectum aut primum aut finale ad finem ; vinum enim unum dicitur et aqua una, in quantum est indivisibilis secundum speciem, et liquores omnes unum dicuntur (ut oleum, vinum) et fluida, quia omnium ultimum subiectum est unum idem ; nam aqua aut aer omnia eadem sunt. Dicuntur
1016a25 etiam unum quorum genus unum, differens oppositis differentiis, — et ea dicuntur, nam unum subiectum differentiis (ut equus, homo, canis unum quid, quia omnia animalia), et modo propinquissimo quasi materia una. Hec autem quandoque quidem ita unum dicuntur, quandoque vero genere superiore quod idem
1016a30 dicitur, si sunt finales generis species hiis superiores, ut equitibiarum et equilaterum idem sunt figura quia ambo trianguli ; sed trianguli non idem. Amplius autem unum dicuntur quorumcumque ratio que ipsum quid erat esse dicit indivisibilis ad aliam
1016a35 quid erat esse rem ostendentem (secundum se namque omnis ratio divisibilis). Sic enim augmentatum et minutum unum sunt,
1016b1 quia ratio una, sicut in superficiebus speciei una. Omnino vero quorum intelligentia indivisibilis intelligens quid erat esse, et non possit separari neque tempore neque loco neque ratione, maxime ea unum, et horum quecumque substantia ; universaliter enim quecumque non habent divisionem, inde unum dicuntur,
1016b5 ut si in quantum homo non habet divisionem, unus homo, si vero in quantum animal, unum animal, et si in quantum mensura, una mensura. Ergo plura unum dicuntur in diversum aliquid faciendo aut patiendo aut habendo aut ad aliquid existendo unum. Ergo primum dicta unum quorum substantia una, una
1016b10 vero aut continuatione aut specie aut ratione ; et enim numero

---

E(A^bTJ) 5 *unum] *om.* eadem (? ταὐτὰ)] ταῦτα 7 nam] πάντα ἓν ὅτι τὸ γένος 12 sunt] καὶ ἓν (*vide* 5) trianguli (A^b)] τρίγωνον 20 substantia] οὐσίαι 21 enim (*cett.*)] δὲ divisionem (A^b)] + ἢ μὴ ἔχει 25 patiendo ... habendo (*T*)] *tr.* 27-**93**.1 numero solum (ἀριθμῷ μόνως E^2)] ἀριθμοῦμεν ὡς

TaLlSc(*WsPxKoBg* ; *VuCn*) 2 in quantum + enim *Sc* 3 indivisibilis *ante* est (2) *Sc* : di- Bg^1Cn^1 : divisibile *Vu* 5 *utrum* unum *glossa e tr. Nova* (*t.* 9) *an correctio pro* sunt (12) ? aut] et aut *Sc* : et *TaPxBgVuCn* aer + et *VuCn* 7 et — differentiis] et ea unum natura *Vu* : *om. LlCn*^{1} 7-8 homo equus *tr. Ll* 9 quidem *om. Ll* 11 species *ante* finales *Sc* 14 indivisibilis + est *TaSc*^{2} *WsPxKoBg*^{2} 15-16 rem (*om. Ta*^{2}) — ratio] dicit in *Ta*^{1} 17 sicut] sic *Sc* 19 neque^1] nec *Ta*^{2} : *om. Ta*^{1} 20 ea maxime *tr. Ll* 24 una mensura *Ta*^{2}*Ko* : una magnitudo *Bg*^{2}*g* : [*Bg*^{1}] : *om. cett.* divisum *LlPxKo* 25 aut^1] vel *Ll* ad *om. TaKo*^{1}*Cn*^{2} 26 dicam *Ll* unum^2 *om. WsKo* 27 aut^1 *om. Ta*^{1}

solum plura aut non continua aut quorum non una species aut quorum ratio non una. Amplius autem est quidem ut unum dicimus, si est quantitas continua, est autem ut non, si non aliquod totum est, hoc autem si non speciem habet unam ; ut non dicimus unum videntes similiter qualitercumque partes compositas calciamenti, si non propter continuitatem, sed si sic 1016b15
ut calciamentum est et speciem habet aliquam iam unam ; quapropter et ipsa circuli maxime linearum una, quia tota et perfecta est.

Uni vero esse principium est numeri esse ; prima namque mensura principium, nam quo primo cognoscimus, hoc est prima mensura cuiusque generis ; principium ergo noti circa quodlibet 1016b20
unum. Sed non idem in omnibus generibus est unum. Hinc enim est discrimen et illic vocale aut consonans ; gravitatis autem diversum et motus aliud. Ubique vero unum aut quantitate aut specie indivisibile. Quod ergo est secundum quantitatem et ut quantum indivisibile, hoc quidem non habens positionem dicitur 1016b25
unitas, illud vero habens positionem punctus, et aliud unica linea, aliud duabus superficies, omnino vero et tripliciter divisibile secundum quantitatem corpus ; facta autem conversione duale quidem divisibile superficies, unicum linea, nullatenus divisibile secundum quantitatem punctus et unitas, hoc quidem non 1016b30
habens positionem unitas, illud vero habens positionem punctus. Amplius autem alia secundum numerum sunt unum, alia secundum speciem, alia secundum genus, alia secundum analogiam ; numero quidem quorum materia una, specie quorum ratio una, genere quorum eadem figura predicationis, secundum proportionem quecumque se habent quasi aliud ad aliud. Et semper poste- 1016b35

E($A^b TJ$) 2 amplius (ἔτι *TJE*²)] ἐπεὶ ut] + ὁτιοῦν 3 dicimus] + εἶναι (quantitas] + καὶ) 10 (principium] + τινί) numeri (A^b)] ἀριθμῷ (17 quidem] + πάντῃ καὶ) (18 vero] + πάντῃ καὶ)

TaLlSc(*WsPxBg* ; *VuCn*) 1 quorum *om. Bg*¹*VuCn* 2 quid *TaLlPx VuCn* 3 si¹·²] sed (?) *Sc*¹ 4 non + secundum (*an recte* ?) *TaScPxBg*¹*VuCn* 6 si¹] sed *Sc* si² *om. LlSc*¹*VuCn* 10 principium *ante* esse¹ *TaScPxBg*¹*Vu Cn* : *post* est *Ws* numerum *TaScPxVuCn* : nu / *Bg*¹ : numero *Bg*²**g** 12 ergo] vero *Sc* noti] non *Sc*¹,(?)*Ta*¹ 13 huic *Ll* 14 discremen *LlPxBg*, (?)*Ws*² 16 est *om. BgVuCn* 17 quantum *Ll* : -titatum *cett.* quidem] quod *Ws* non *ante* habens *Ws* : *ante* hoc *cett.* 19 tripliciter *post* secundum (20) *Ta* 22 punctus *LlScWs* : -um *cett.* 23 habens¹] -emus *Sc* illud — positionem *om. Ll* punctus *LlSc* : -um *cett.* 26 ratio + est *Ll* una² + est *Ta*

riora precedentia sequuntur, ut quecumque numero specie
1017a1 unum, sed quecumque specie non omnia numero ; sed genere
omnia unum quecumque et specie, quecumque vero genere non
omnia specie sed proportione ; et quecumque unum proportione
non omnia genere. Palam quia multa opposite dicuntur uni ;
1017a5 nam alia non existendo continua, alia in habendo materiam
divisibilem secundum speciem, aut primam aut finalem, alia in
habendo rationes plures quid erat esse dicentes.

[7] Ens dicitur hoc quidem secundum accidens illud vero
secundum se. Secundum accidens quidem, ut iustum musicum
1017a10 esse dicimus et hominem musicum et musicum hominem, similiter
dicentes ut musicum edificare, quia accidit edificatori musicum
esse aut musico edificatorem (hoc enim esse hoc significat accidere
huic hoc) — sic autem et in dictis ; hominem quando musicum
1017a15 dicimus et musicum hominem, aut album musicum aut hunc
album, hoc quidem quia ambo eidem acciderunt, illud vero quia
enti accidit hoc, aliud vero musicum hominem, quia huic musicum
accidit (similiter autem dicitur et album esse, quia cui accidit,
1017a20 illud est) ; — ergo secundum accidens dicta esse sic dicuntur
aut eo quod eidem enti ambo insunt, aut quia enti illud inest,
aut quia idem cui inest de quo id predicatur. Secundum se vero
esse dicuntur quecumque significant figuras predicationis ;
1017a25 quotiens enim dicitur, totiens esse significat. Quoniam ergo predi-
catorum alia quidem quid est significant, alia quale, alia quantum,
alia ad aliquid, alia facere, alia pati, alia ubi, alia quando ;
horum unicuique esse idem significat ; nil enim refert ' homo
convalescens est ' aut ' homo convalescit ', vel ' homo vadens
1017a30 est aut secans ' aut ' hominem vadere aut secare ', similiter autem et in aliis. Amplius esse significat †veritatem rei†

E($A^b TJ$) 5 palam] + *δὲ καὶ 10 musicum (*cett.*)] μουσικὸς (17 hoc] *om.*) 20 illud (A^b)] ἐκείνῳ 21 *idem] αὐτὸ ἔστιν 25 *alia³] ἢ (29 *veritatem rei] καὶ τὸ ἔστιν ὅτι ἀληθές)

TaLlSc(*WsPxBg ; VuCn*) 5 palam + *autem (*an recte ?*) *Wsg* quoniam *BgVuCn* unius *Sc* 10-11 esse musicum *tr. Ll* 14 hoc huic *tr. Sc* 15 et] aut *Ll* 16 quidem] autem *Sc* accidunt *WsVu* 19 illud (+ ens *Cn*) est ergo] et illud cum genus *Vu* 20 cidem + huic Sc^1 21 idem] *an* id est *scrib.* ? 23 significat esse *tr. Ll* 24 quidem *Sc* : *om. cett.* 25 alia³] *an* aut *scrib.* ? 26 significant *TaScPxBgVuCn*¹ 28 hominem *om. BgCn* 29 veritatem rei] *an* et est quia verum *scrib.* ? *verba* « veritatem rei » *e tr. Nova* (*t.* 14) *in archetypum nostrae traditionis penetravisse videntur*

[quia cum dicimus aliquid esse monstramus ipsum esse verum], et quando non esse, quia non verum sed falsum ; similiter in affirmatione et negatione, ut quia est ' Socrates musicus ', quia hoc verum, aut quia est ' Socrates non albus ', quia non verum ; non est autem diametrum non commensurabile, quia falsum. 1017a35
Amplius esse significat et ens quidem potestate effabile illud vero 1017b1 perfectione ; horum dictorum terminorum enim esse dicimus et quod potestate est effabile terminorum et quod est perfectione, et scire similiter et potens uti scientia et utens, et quiescens et 1017b5 cui iam inest quies et potens quiescere. Similiter autem et in substantiis ; et enim Mercurium in lapide dicimus esse, et medietatem linee, et frumentum nondum perfectum ; quando vero potens et quando non, in aliis determinandum.

[8] Substantia dicitur et simplicia corpora, ut terra et ignis 1017b10 et aqua et quecumque talia, et universaliter corpora et ex hiis consistentia animalia et horum partes et demonia ; ea enim omnia dicuntur substantia, quia non de subiecto dicuntur sed de hiis alia. Alio vero modo quod est causa existendi, existens in talibus 1017b15 que non dicuntur de subiecto, ut anima in animali. Amplius quecumque particule existentes sunt in talibus et terminantes et hoc aliquid significantes, quibus destructis destruitur totum, tamquam superficie corpus, ut dicunt quidam, superficies linea ; 1017b20 et totaliter numerus videtur esse quibusdam talis (nam destructo nichil esse, et terminare omnia) ; amplius quid erat esse, cuius ratio est diffinitio, et hoc substantia dicitur uniuscuiusque. Accidit autem secundum duos modos substantiam dici, subiectum

---

E(*A*^{b}*TJ*) (1 *quia — verum] *om.*) 2 et quando (? πότε δὲ)] τὸ δὲ (4 *non²] *om.*) 5 non² **om. Al., Bonitz* 6 potestate effabile (*TJ*)] *om.* *E*^{1} : ῥητὸν δυνάμει *A*^{b} 7-8 terminorum^{1,2} (ὅρων)] ὁρῶν 16 horum partes ... demonia] *tr.*

TaLlSc(*WsPxBg* ; *VuCn*) 1 quia — verum *excl., quia e tr. Nova* (« quoniam cum dixerimus aliquid esse, demonstrabimus suam veritatem » *t.* 14) *aut potius e commento Averrois* (« cum enim dicimus aliquid esse, demonstramus ipsum esse verum » *c.* 14) *in archetypum nostrae traditionis penetravisse videntur* verum esse *tr. Ta* 4 non²] *e tr. Nova* (*t.* 14) *an e commento Averrois* (*c.* 14) *in archetypum nostrae traditionis penetravit ?* 5 non² **om. Ll* 6 quidem *om. Ll* 7 enim *om. PxVu* 11 Mercurium *post* esse *LlWs* 14 corpora simplicia *tr. Ll* et² *om. LlBgVuCn* 15 et¹ *om. LlSc* et⁴ *om. Sc*¹*Vu* 17 subiecto] substantivo *ScPxCn*¹ : /// *Bg*¹ 18 modo vero *tr. Ll* 21 aliud *Ta* 23 quibusdam esse *tr. TaLl* 25 dicitur *ante* substantia *Ta*² : *om. Ta*¹

1017b25 ultimum, quod non de alio dicitur, et quod est hoc aliquid ens et separabile ; tale vero singuli forma et species.

[9] Eadem dicuntur secundum accidens quidem, ut album et musicum, quia eidem accidunt, et homo et musicum, quia alterum
1017b30 alteri accidit, sed et musicum homo, quia musicum homini acci- 5
dit ; et utrique hoc et horum utraque illi, et enim homini musicum et homo musico idem dicuntur, et hiis illud (quapropter et omnia ea universaliter non dicuntur ; non enim est dicere verum quia
1017b35 omnis homo idem et musicum ; nam universalia secundum se
1018a1 existunt et accidentia non secundum se, sed in singularibus 10
simpliciter dicuntur ; idem enim videtur Socrates musicus, nam Socrates non in multis, propter quod non ' omnis Socrates ' dicitur quemadmodum ' omnis homo ') ; — et hec quidem sic
1018a5 dicuntur eadem, alia vero secundum se tamquam et unum ; et enim quorum materia una aut specie aut numero eadem 15
dicuntur et quorum substantia una, quare palam quia idemptitas unio quedam est, aut plurium unius est aut quando utitur ut pluribus, veluti quando dicit idem eidem idem ; nam ut duobus utitur eodem.

1018a10 Diversa vero dicuntur quorum aut species sunt plures aut 20
materia aut ratio substantie ; et omnino opposite eidem dicitur diversum.

Differentia vero dicuntur quecumque diversa sunt, idem aliquid entia, et non solum numero sed specie aut genere aut proportione ; amplius quorum diversum genus, contraria, et quecumque 25
1018a15 habent in substantia diversitatem. Similia dicuntur que idem sunt omnino passa, et plura idem patientia aut diversa, et quorum qualitas una ; et secundum que alterari contingit horum contrario-

---

E(A^b*TJ*) 4 musicum[1]] + τὸ αὐτὸ 5 sed — accidit (*J*)] *om.* 6 horum ... illi (A^b)] τούτῳ ... ἐκείνων 6-7 musicum et homo musico] τῷ μουσικῷ καὶ ὁ ἄνθρωπος καὶ τὸ μουσικόν 11 Socrates] + καὶ Σωκράτης εἶναι 14 se (A^b*T*)] + ὅσα 17 unius est] τοῦ εἶναι 18 eidem (αὐτῷ A^b)] αὐτῷ 25 genus] + καὶ 27 omnino (A^b)] *om.*

TaLlSc(*WsPxBg* ; *VuCn*) 1 alio] -quo *Ll* ens + et hoc est forma *Ll* (*vide Alb.*) 4 quia — musicum *bis scr. Px* : *om. Ws* 4-5 et[1] (ut Sc^2) — accidit *om.* Sc^1 5 quia + et *Ll* 6 utrique] utcrque *Ll* enim *om.* Bg^1*VuCn* 8 eadem *LlScWs* est *om.* *BgVuCn*[1] 10 singulis Px^2*VuCn* 15 una *ante* materia *Ll* : *om.* Px^1 17 quedam unio *tr. Sc* aut[2]] et *Ta* : *an ante* unius *ponendum* ? 17-18 pluribus ut *tr. Ll*[1] 21 dicitur *om.* *BgVuCn* 24 sed + aut *Ll* aut[1]] et *Sc* 26 habent (habet et *Vu*) *post* diversitatem Bg^2*Vu* : *om.* Bg^1*Cn* que] quecumque *TaWs*

rum, qui plura habet aut magis proprium, huic est simile. Oppo-
site vero similibus dissimilia.

[10] Opposita dicuntur contradictiones, contraria et ad aliquid 1018a20
et privatio et habitus, et ex quibus in que ultima ut genera-
5 tiones ; et quecumque non contingunt simul adesse amborum
susceptibili, ea opponi dicuntur aut ea aut ex quibus sunt. Nam
viride et album simul eidem non insunt ; unde ex quibus sunt 1018a25
hec opponuntur. Contraria dicuntur que non possunt simul
adesse eidem, differentium secundum genus, et que plurimum
10 differunt eorum que sunt sub eadem potestate, et quorum diffe- 1018a30
rentia maxima aut simpliciter aut secundum genus aut secundum
speciem. Alia vero dicuntur hec quidem talium habitu, alia talium
susceptione, alia existendo aut activa aut passiva talium, alia
agentia aut patientia, aut expulsiones aut acceptiones, aut
15 habitus aut privationes talium. Sed quoniam ens et unum multi- 1018a35
pliciter dicitur, sequi est necesse et alia quecumque secundum
ea dicuntur, quare idem et diversum et contrarium, quare est
diversum secundum unamquamque cathegoriam.

Diversa vero specie dicuntur quecumque eiusdem generis 1018b1
20 existentia non sunt subalterna, et quecumque in eodem genere
existentia differentiam habent, et quecumque in substantia
contrarietatem habent ; et contraria diversa sunt specie ab invi-
cem aut omnia aut dicta primum, et quorumcumque in finali 1018b5
generis specie rationes diverse (ut homo et equus individua genere
25 et rationes eorum diverse), et quecumque in eadem substantia
differentiam habent. Eadem vero specie opposite hiis dicta.

[11] Priora et posteriora dicuntur quedam equidem, tamquam
existente aliquo primo et principio in singulo genere, aliud 1018b10

E(*A*^{b}*TJ*) 1 qui habet] *το ἔχον (magis proprium] κυριώτερα) 3 contradictiones] ἀντίφασις 4 quibus] + *καὶ generationes] + *καὶ φθοραί (8 hec] τούτοις) 10 *differunt] + τῶν ἐν — διαφέροντα (18a27-29) 12 alia] + ἐναντία (13 alia²] ἢ) 15 privationes] + εἶναι ens ... unum] *tr.* (25 substantia] + ὄντα)

TaLlSc(*WsPxBg* ; *VuCn*) 1 qui] *quod (*an recte* ?) *Wsg* proprium + habet *Sc* : *an* -a *scrib.* ? huic *post* est *Sc* : hic *Bg*^{1}*VuCn* : *om. Ll* 4 quibus + *et *Bg*^{2}*g* generationes + *et corruptiones *Px*^{2}*Bg*^{2}*g* 6 aut² *om. LlWs* 10 *an lacuna post* differunt *in memoria latina orta est* ? 11 secundum² *om. Ll* 12 quidem] quod *Bg*^{1}*VuCn* alia²] aut *LlWs* : ut *Vu* : *om. Cn* 14 ac-] ex- *Ta*^{1}*Ws* 16 dicuntur *Ll* 18 diversum + contrarium *Ws* 24 et *om. ScVuCn*^{1} 26 opposita *PxCn* : -orum *Sc* hiis dicta *om. Ta*^{1} 27 priora + vero *Ll*

propinquius principio aliquo determinato aut simpliciter aut natura aut ad aliquid aut ad ubi aut ab aliquibus, ut que sunt secundum locum existendo propinquius aut natura aliquo loco determinato (ut medio aut ultimo) aut sicut evenit, quod
1018b15 vero remotius posterius ; alia secundum tempus (alia namque re ipsa remotiora ab ipso nunc, ut in factis, priora namque Troica Medis, quia remotiora ab ipso nunc ; alia affiniora ipsi nunc, ut in futuris, prius enim Menelaus Pirro, quia propinquius
1018b20 nunc, et ipso nunc ut principio et primo usi sunt) ; alia secundum motum (propinquius enim primo moventi est prius, ut puer viro ; principium autem et id quoddam simpliciter est) ; alia secundum potestatem (excedens enim potestate prius est, et quod est potentius ; tale vero est cuius secundum prevoluntatem sequi est
1018b25 necesse alterum et posterius, quare non movente illo non movetur, et movente movetur ; et est prevoluntas principium) ; alia secundum ordinem (et ea sunt quecumque ad aliquod unum determinatum differunt secundum rationem, ut parastata tritostata prius et paraniti nitis ; hic enim initium illic medium principium) ;
1018b30 ergo ea priora dicuntur hoc modo. Alio vero modo quod cognitione est prius ut et simpliciter prius. Horum autem aliter et que secundum rationem et que secundum sensum. Nam secundum rationem universalia priora, secundum autem sensum
1018b35 singularia ; et secundum rationem accidens toto prius, ut musicum musico homine ; non est enim ratio tota sine parte ; et etiam non contingit musicum esse non existente aliquo musico. Amplius priora dicuntur priorum passiones, ut rectitudo levitate ; hoc

---

E(A^bTJ) (2 ad²] **om.*) (7 alia] + τῷ) 8 Menelaus Pirro] *Νέμεα Πυθίων* (9 et¹] *om.*) 24 est] ἔσται

